





4  
1773, 26  
M. IOANNIS GEORGII ZENKER

DE

PRINCIPALI BVRGGRAVIORVM  
NORIMBERGENSIVM

D I G N I T A T E  
EORVMQVE

TERRITORIO  
ANTE RVDOLPHINAM INVESTITVRAM

DE ANNO MCCLXXIII.

COMMENTATIO SECUNDA.



ERLANGAE

APVD IOANNEM IACOBVM PALM. CL. MCCLXXXIV.



M. IOANNIS GREGORII XENII

BREVIALE PATRIARCHALIS

NON TERRITORIUM

D E C I M A T H


FORVMQVE

FESTIVITATI

ANTE RADIOPHONIA INSTITUTA

DE VARIOGENCERIA

COMMUNITATIS SECUNDARIA




**VIRIS MARTIA  
MINISTRAT**  
NATALIVM HONORVM MVNERVM DIGNITATVM  
**IMI<sup>NA</sup> EQUITAT MAXIME CONSPICVIS DILECTIS MV  
QVIBVS CVRA, PARTIM VNIVERSITATIS FRIDERICO - ALEXANDRI-  
NAE, PARTIM ILLVSTRIS GYMNASII CAROLO - ALEXANDRINI,  
QVOD ONOLDI FLORET, DEMANDATA EST**

**FRIDERICO CAROLO  
L. B. DE SECKENDORFF  
CASIMIRO CHRISTOPHORO  
SCHMIDEL  
IOANNI FRIDERICO LOESCH  
CHRISTOPH. FERDINANDO  
HAENLEIN  
IOANNI PETRO VZ  
IOAN. ZACHAR. LEONHARDO  
IVNCKHEIM  
IOANNI IACOBO RABE  
MAECENATIBVS ATQVE PATRONIS  
OMNI PIETATIS CVLTV PROSEQVENDIS**

ALTERAM HANC DISPVTATIONEM  
MUTATISSIMA MUNERUM MINORVM INSTITUTI  
CVM TESTIFICATIONE PII GRATIQVE ANIME  
FRIEDERICO CAROLO  
LUDVICO SECUNDORU  
CASIMIRO CHRISTOPHORO  
SCHMIDEL  
JOANNI FREDERICO LORENZI  
CHRISTOPH FERNANDO  
HAENLEIN  
JOANNI PETRO AD  
IOANNA SCHAK TEOHARDI  
INCHEIM

CULTOR OBSERVANTISSIMVS  
M. IOANNES GEORGIVS ZENKER.

ONOLDINVS.



### §. VIII.

Auctoris distinctio inter patrimonialia Burggrauiorum bona atque  
Burggrauiatum ipsum examinatur.

Promissis, ante quosdam menses datis, stare atque telam,  
quam incepi, si minus pertexere at saltē continuare,  
officii ratio nec non fides exigunt. Quum enim in  
prima Dissertationis sectione cl. auctoris Norimbergensis  
lemmata de *Burggrauis in genere deque variis Burggrauiorum*  
generibus modeste, ni fallor, sub examen vocarem, substiti  
in opere coepito apud paragraphum laudatae pertractionis  
nonum, qui ea nos in medium proferre iubet, quae specia-  
tim ad originarium Burggrauatus Norici statum, seu po-  
tius ad conditionem illius *ante et post Rudolphinam inuesti-  
tutam de anno 1273*, spectant quaeque scopo, Differ-  
tationi proposito, proprius accedunt. Verba laudati para-  
graphi nimirum eo redeunt, ut Auctor personalem Burg-  
grauiorum dignitatem, (principalis sit nec ne, hoc ei per-  
inde est,) de principali a Burggrauatu pendente ingenio-  
se magis quam vere discernat, atque inter Burggrauia-  
tum et patrimonialia Burggrauiorum bona sollicite distin-  
guens, contendat, omnia, quae de Principali Burggrauio-  
rum

F

rum



rum dignitate ante et post Rudolphinam illam Inuestituram  
 dici possent, ad bona ipsorum patrimonialia neutiquam ve-  
 ro ad Burggrauiatum ipsum quadrare. Palam quidem au-  
 tor confirmat, se longe abesse, vt splendorem Serenissi-  
 mae domus Brandenburgicae obscuret, vel merita ipsius in  
 Caesarem atque Imperium in dubium vocet, discrimini ta-  
 men modo laudato, a Scriptoribus Brandenburgicis, prou-  
 ti cl. Aduersarius autumat, non rite obseruato, sed potius  
 data opera neglecto, tantum roboris tribuit, vt sibi per-  
 suadeat, per illud omnia esse expedita sententiamque ab ipso  
 ventilatam cum dignitate Burggrauiorum Norimbergensium  
 bene constare. Et ego, si opus esset, pro captatione be-  
 neuolentiae, prouti a iunt, multa in medium proferre pos-  
 sem, quae reuerentiam meam, statui Imperii, et sic quo-  
 que inclytae Ciuitati Norimbergensi, debitam, p[ro]fe se fe-  
 runt, nisi animum sincerum atque ab omni acerbitate pro-  
 fecto alienum, iamiam in antecedentibus declarass[em], atque  
 v[er]teriores, ad hanc rem prorsus nil facientes, verborum  
 ambages superfluas putarem. Quod attinet igitur ad discri-  
 men inter Burggrauiatum atque bona Burggrauiorum patri-  
 monialia, lubens fateor, hanc distinctionem multam p[ro]fe se  
 ferre veritatis speciem eamque ita esse comparatam vt faci-  
 le possit per illam in deuia prolabi is, qui, interiora veter-  
 rum historiarum monumenta non penetrans, in superfi-  
 cie commoratur, minime gentium vero is, qui p[ro]fidiis diplomaticis instructus contentionem illam celebrem  
 de superioritate territoriali cum Noricis 1526. initam et pro  
 Serenissima domo Brandenburgica in Imperiali Camera 1583  
 et 1587. decisam, perscrutari non auersatur. Speciosum  
 argumentum nec heri aut nudius tertius inuentum nec pri-  
 mum ab auctore, quo cum mihi res est, in lucem est editum.  
 Iam alii Scriptores Norimbergenses auctori in hac di-  
 stinctione p[ro]aeierunt. In primis Roederus, tres infeuda-  
 tionis litteras de annis 1273. 81. et 1300, quas primas  
 nuncupare non dubitauit, enodans, in annotatione ad ver-  
 ba

ba laudatorum diplomatum *cum reliquis feudis* p. 34. hanc distinctionem vrgere idque lectoribus inculcare voluit, sub reliquis feudis bona familiae splendidissimae Zolleranae haereditaria, a Burggrauiatu ipso multum separata, esse intelligenda. Mirifice itaque sibi placet *KOEDERV*s in eo, quod auctor plus vna vice in tractatione obiter delibavit et §. 16. expressis verbis iterum ob oculos posuit, praerogatiwas quippe, quoad bona patrimonialia Burggrauis adhaerentes, ad Burggrauiatum ipsum non esse trahendas. Quam antiqua sit haec cantilena, tam saepe a Norimbergensibus decantata, vel ex actis iudicibus patet, quae in peruvulato illo territoriali processu, coram Camera Imperiali, ab utraque parte fuerunt ventilata atque recentiori aeuo publici juris facta. Iam tum Marchioni, qui, actoris partes agens ad colorandos (vt cum Iureconsultis loquar) actus possessarios, Burggrauiatus Norici titulum cum iuribus, honoribus et pertinentiis ab Imperatoribus in feudum sibi et maioribus concessum et iam inde ab anno 1273. *confirmatum* allegauerat, a Norimbergensibus Reis exceptio fuit opposita, particulariter, non iure Burggrauiatus, pleraque fuisse acquisita. At enim vero quam leuioris momenti haecce exceptio in reuitorio 1587. fuerit reperta, exitus causae illiusque decisio, firmissimis atque in ytramque partem bene pensatis rationibus suffulta cc), vnumquemque doce-

F 2 re

cc) Quilibet intelligit me non iniuria carpare Noricos Scriptores, in primis Feuerlinum in Diff. cit. p. 64. qui abutitur Gylmanni loco et praesidium malae causae in eo quaerit, quod non omnes summi tribunalis afflatores quasi per inspirationem, vti Canonistae aiunt, sed sententiam

plures dixissent, quemadmodum in quolibet collegio iura publicaque salus fieri volunt. Sic sane omnem rem iudicatam spernere licet. Certe non legerunt, qui ita summi tribunalis sententias arguere non verentur, sententiam, in causa pacis publicae rite obseruandae vulgo die *Ausrufung des Fried-*



re possunt. Vnica itaque ad rem iudicatam prouocare atque tali modo distinctionem, ab auctore prolatam, a limine repellere possem. Ne vero reprehensioni sim obnoxius, me nodum Gordium magis dissecasse quam soluisse meque patrum caussae agere, vbi historici partes mihi sint suscipienda, meum est, rem altius repetero atque ostendere, qua ratione bona, diuerso titulo a Burggrauis adquisita, cum Burggrauiatu ipso fuerint coniuncta. Negari nullo modo potest, Burggrauios Norimbergenses ex gente Zollerana, iam ante Inuestitram Rudolphinam de anno 1273 variis sub titulis plura bona sibi comparasse iisque suo iure praefuisse. Quis nescit prouidam ipsorum in posteros curam? Quis ignorat admirandam eorum frugalitatem, quae ex tota rerum ab ipsis gestarum serie elucet, quaeque sibi ipsis atque successoribus tam proficia fuit, vt hi ad maximum fastigium, quid quod ad regiam eueherentur dignitatem! Nimirum illa Burggrauii Conradi, cui a clero, possessiobibus principum inhiante, cognomen **PII**, pro ratione illius temporis, inditum est, erga Eystettenses aequae ac Bambergenses liberalitas nos conuincit, quam ampla fuerint Burggrauiorum N. bona patrimonialia, quamque late se extenderit comitatus ille Abenbergensis! Quod si coniecturam, sane non spernendam, in medium proferre liceat, Comites Zollerani insignibus possessionibus, in tractu Franconico suis, praediti fuerunt antequam ad Burggrauialem dignitatem ascenderent. Tales itaque fuerunt, quales eos decet, qui ad Burggrauiatum ipsum, iam tum splendidum, prae aliis aspirare vellent. Copiosior forem, si omnia


*Fried' Gebots bei den Hochzeiten auf dem Mühhof betreffend; vid. Hochf. Brand. species facti mit beigefügten Nürnbergischen Anmerkungen die Ausrufung cest. fol.*

1735: pronuntiatam, in qua quidem Brandenburgici Scriptores de modestia grauiter admonentur. Quid enim immodestius ista Norimbergensum cauillatione?

merita veterum Burggrauiorum in Caesarem atque totum Imperium S. R. G. in praesentiarum enumerare vellem. Quilibet historiae patriae non ignarus intelligere potest, quae Burggrauii rebus praeclare gestis promeruerunt. Quorum meritorum catalogum iam PIET-  
SCHIUS in Dissert. de meritis domus Brandenburgicae in Imperium etc. nec non B. REINHARDVS noster in oratione: de Ser. Gentis Brandenburg. erga domum Austriae meritis etc. consecerunt, iidemque spicilegium quoddam admittunt. Merita itaque in causa fuerunt, cur Burggrauis nostris, tam multa bona, ex speciali Imperatorum et eorum gratia, qui ad dignitatem Imperialem aspirarunt, singularibus infudationis litteris, praeter Burggrauiatum, essent collata. Ut tantum intra limites sive ante Rudolphinam Inuestituram de ao. 1273. me contineam, exemplo nobis esse possunt *Crusia*, Friderico III. Burggrauio 1251 ab Imp. Conrado IV, cum omnibus suis pertinentiis in rectum feodum concessa; item, vt de aliis taceam, advocatio in *Steina*, (hodie Moenchsteinach nuncupatum) quae Conradinus titulo feodali eidem Burggrauio Friderico 1265. contulit. Plerumque felices in matrimonio ineundi et hac ratione, felicis Austriae instar, praedia praestantissima sibi pararunt Burggrauii nec non hereditatibus luculentis, in primis Meranica illa, quae iam 1248. sive quindecim annis ante primam Rudolphi inuestitutam Burggrauis obuenit, permagnos acquisierunt fundos. Ne vero, totus in enumerandis titulis gratuitis, onerofoſ ſilento praetermittam, et emtiones Burggrauiorum addere placet. Coemerunt enim aliorum bona, quae comitum v. g. de Hohenlohe, de Truhendingen e. f. p. vel faltem potentiorum dynastiarum, superioritati territoriali fuerunt subiecta. Tunc, prout neminem fugit, et territoria quibus superioritas territorialis inhaerebat, in Burggrauios ipfos cum omni iure annexo transibant. Coemerunt et alia, quae iam de territorio erant, a nobilibus ordinis ingenuorum, adeoque priuatorum hominum accensendis. Tunc cum dominio di-

recto, quo iam fruebantur, vtile coniunxerunt. Quae cum ita sint, facile quidem Noricis largiri possumus, bona Burggrauiorum patrimonialia magni fuisse momenti. At si vero conantur, omnia bona, Burggrauis subjecta, a Burggrauatu seiungere, sicque Burggrauiatum ipsum ad exilem statum, quid quod ad simplex officium iudiciale, seu potius, prouti auctor innuit, oeconomicum redigere, tunc sinceros rerum censores secum consentientes non habebunt. Liceat mihi ex concessis concludere eaque, quae et ab auctore adoptata sunt, contra eundem retorquere. Quod si Burggrauiorum bona patrimonialia, sicuti auctor statuit, tanti fuerunt momenti, ut territorium iuraque territorio annexa illis denegare non valeat, numne credendum est, prouinciarum moderatoribus, tam late tantaque auctoritate dominantibus, officium fuisse delatum, quod ieunam auctoris descriptionem admittat? Credat Iudeus Apella! Granarii cura, opificum inspectio, ponderis atque mensurae moderamen, hominibus vilioris quidem conditionis concedi solent, repugnant vero eiusmodi occupationes latifundiorum dominis, quibus splendidiora sane iura, ex possessionibus istis profluentia, sunt concedenda. Quod si et hoc auctori tribuamus, exercitum vilioris cuiusdam officii cum dignitate, caeteroquin splendida, pari passu ambulare posse illique nihil inesse, quod huic repugnet, conuenientius tamen fuisse, ut Burggrauii, Burggrauiatu titulo, meri tantum officii rationem denotante, post habitu, a patrimonialibus bonis nomen retinuissent. At non fecerunt, eoque satis luculenter demonstrarunt, se habere Burggrauiatum Noricum, Imperii feudum, cum titulo atque nomine principatus. Iam itaque de temporibus ante Rudolphinam illam Inuestituram valet, quod grauissimi Camerae Imperialis revisores de subsequenti tempore praegnanter admodum enuntiarunt, Burggrauios quippe Norimbergenses in numero illustrium principum fuisse habitos honoresque suos, non tantum ratione personalis dignitatis, sed etiam ratione ipsius Burggrauiatus

grauiatus fuisse adsecutos. Quodsi res aliter se haberet, cur, quaequo, bona particulariter, non iure Burggrauiatus (vt exceptionum Noricarum verbis vtar) acquisita mox deprehendamas cum Burggrauiatu ipso coniuncta atque inuestituris Caesareis, de Burggrauiatu confessis, earumque confirmationibus inserta? Acquisitiones Crufiae, aduocatiae de Steina, supra memoratae, nec non locus Swant, in vicinia nostra situs, illuftria exempla hac de re nobis suppeditare possunt. Castrum Creusen atque aduocatia de Steina, Burggrauii, singulari infederationis titulo, sibi compararunt iam ante Rudolphinam Inuestituram de anno 1273; illud 1251, hanc vero 1267. Hoc vero non obstante, diploma Rudolphinum, de Burggrauiatu ipso, prouti et Norici statuunt, confessum, harum acquisitionum particularium mentionem facit atque expressis verbis castrum Chrusen atque Aduocati coenobii in Steina iis annexit, quae de vniuersitate Burggrauiatus dependent. Deinde, oppidum Swant, de quo modo verba feci, in litteris feudalibus, a Ludouico Comite Palatino Rheni, tunc temporis Imperii vicario, Friderico Burggrauiio de Burggrauiatu 1267. datis atque infra prolixius explanandis, disertis verbis exceptum reperimus. Diplomatis itaque verba: „Oppido Swante dicto, cum suis pertinentiis excepto“, fatis superque indicant, hunc locum, quibusdam annis interiectis, singulari, nec Burggrauiatus iure, sub Burggrauiorum imperium ditionemque fuisse redatum. At enim vero idem locus in diplomate Rudolphino, de quo nobis fermo est, obuius, ibique villis *Werde* et *Buck* expressis verbis additus est. Desumpta sunt exempla, quibus multa alia, si opus esset addere possemus, ex diplomaticis, in calce huius Diff. sub Lit. A. B. et C. hunc in finem adieci, vt quisque (quod operae pretium est) ea inspicere eaque inuicem comparare possit. Accurata documentorum comparatio unumquemque conuincent, omnem ditionem Burggrauiorum *vno complexu* sub titulo Burggrauiatus comprehendi et bona Burggrauiorum patrimonialia, a Burggrauiatu



grauiatu ipso nec separata nec seiuncta; sed semper cum  
 illo fuisse connexa. Quid (vt et de conditione Burggrauia-  
 tus post Rudolphinam Inuestituram exemplum proferam)  
 quid, inquam, si Carolus IV. Imperator *in seinem Spruch und*  
*Leuterung* de ao. 1363. aperte declarauit, feuda, quae Burg-  
 grauii in Ducatu Austriae alii concedere soleant, a solo  
 Burggrauiatu pendere, his verbis: *solche Leben, als sie von*  
*wegen des Burggrafen Amts zu Nürnberg leihen und von Alters*  
*geliehen haben et rel.* nonne potius ea, quae circa Norimber-  
 gam (vbi Burggratiatus radices egit et vnde nomen accep-  
 it), tanquam a digniore sui parte acquisiuerere, pertinen-  
 tiae eiusdem sint? — Lubet eam cum lectore communi-  
 carre sententiam, quam olim grauissimi Cameræ Imperialis  
 Reufores, in supra laudata reuisione p. 12. hisce verbis  
 declararunt: „Quod a Burggrauiatu dependeant praedicta  
 „feuda (particulares nimirum Burggrauiorum acquisitiones)  
 „probant verba inuestiturarum, *von der Herrschaft des Burg-*  
 „*graftbums*. Quae indicio sunt, Marchiones semper animo  
 „retinuisse *Burggraftbums Herrlichkeit* et iura in venditione  
 „ao. 1427. referuata. Quod autem tam Imperator, quam  
 „alii status, quaedam etiam feuda in vrbe, et controuerso  
 „districtu, vasallis quibusdam concedant, particularem ra-  
 „tionem habet. Supra dicta enim feuda ab vniuersitate  
 „Burggratiatus dependent, quae facit, vt si quis, vel Im-  
 „peratorem certa quaedam in hoc districtu sibi referuasse,  
 „vel alias quoscunque quaedam in eodem districtu acqui-  
 „siuisse afferat, probare hoc necesse habeat, cum iam ma-  
 „gis magisque pateat, haec verba *Burggraftbumb, Herrschaft*  
 „zu *Nürnberg*, item *Fürstentumb Land und Leuth* cum effe-  
 „ctu accipienda esse et ita territorium circa *Nürnberg* nota-  
 „re: non autem Principes, Comites, Barones seu dominos  
 „sine territorio. Quod et totius Germaniae notoria con-  
 „suetudine probatur, vbi nullus talis reperitur princeps seu  
 „dominus, qui a loco aliquo denominationem accipiat,  
 „quem non possideat, vel olim possederit: siquidem deno-  
 „minatio

„minatio semper fieri debet a potiori seu digniori.“ Distinctio itaque ab auctore prolatā, in se spectata, argumentis nititur sane non spēnēndis. Conclusiones vero, quae Norici ex hac distinctione elicere student, rerum gestarum seriei nec non iuris publici praeceptis refragantur. Principi enim, qui titulo singulari bona, quibus publica inhaeret potestas, acquirit eaque cum territorio suo coniungit, omne iuris exercitium regulariter in illis competit, quod in territoriū ipsum suum habet. Constat inter omnes et apud Reinkingk de Regim. sec. et eccles. L. I. Clas. IV. C. 17. n. 60 sq. et ibid. n. 70. a Gadendamio p. 15. dd) laudatum, Landgrauius Wilhelmus ipse testatur: Landgrauiatum Hassiae ex bonis particularibus, sat multis, fuisse conflatum. Quis vero vñquam ausus fuerit, principalem Landgrauiorum dignitatem in dubium vocare? Tantum abest, vt iste Landgrauatus disceptus atque, vt ita dicam, in singula membra dilaeratus consideretur, vt potius exemplum territorii clausi nobis præbere possit. Cur vero id, quod in aliis deprehendimus principatibus, nostro sit denegandum? Prorūs non video! ee) At enim vero quantum satis est de bonis Burggrauiorum patrimonialibus, cum ipso Burggrauatu coniungendis, cum auctore Norimbergenſi disputauimus. Nisi me omnia fallunt, res a Noricis tali modo obumbrata est, vt nihil

dd) Is enim auctor, quondam huius deinde Kiloniensis antecessor, Dissertationis, acerbius quam aequius ab auctore nostro in nota prima §. 10. subiecta perstringitur. Quandoquidem illi viro non animus fuerat, totam hanc de Borggrauatu materiam larga manu tractare, sed per transennam tantum delibare.

ee) Cui doctrina de territorio clauso in territorijs Franconicis adeo portentosa videatur, is adeat, queeso, virum in historia patris publicoque lute nemini secundum Struvium in peruvigata disquisitione, de lute territorii clausi in terris franconicis, Francofurti 1746. 4.

G



nihil aliud in ea remaneat, quam sigmentum, primo obtutum ingeniosum, ast, si recte perpendatur, ficulneum.

## §. IX.

*Quæstio historicis magis quam iuridicis rationibus excutienda:*

Paragraphum auctoris IX. nondum relinquere possum, priusquam, circa refutationem illius occupatus, inquiram, vtrum controuersia, ab auctore de territorio B. N. resuscitata, iuribus hodiernis Brandenburgicis quidquam addat detrahatur, nec ne? Quae in fine §phi ab auctore allata sunt, ansam mihi praebuerunt, quaestionem mouendi, cuius solutionem eo magis necessariam esse duco, quum ex illa patebit, qua ratione tota controuersia sit consideranda? Auctor nimurum, adferens clausulam, vt sic dixerim, salutarem, eaque ab omni suspicionis macula se purgare studens, illorum opinionem in mente habuisse videtur, qui sibi persuadent, controuersiam ipsam judicialiter nondum esse decisam definitamque. Quod auctor obscure tantum innuit, Feuerlein in supra laudata *Diss. de territorio Norico etc. sub praesidio b. Eisenharti Helmstedti 1773.* habita aperte declarauit atque strenue et nimia, ni fallor, fiducia contendit: hanc controuersiam litispendentiae judiciali adhuc esse subiectam. Acta judicialia ad quae, quasi ad lapidem Lydium atque ad veram hac de re dijudicandi normam, vnic prouocare possum, coniuncta cum voto ac relatione, a reuiforibus in camera imperiali 1587. facta, me alter sentire iubent. Cui non vacat totam territorialis illius processus historiam ex actis voluminosis eruere atque genuinam huius caussae imaginem ex illis sibi ipsi repræsentare, is epitomen succinctam adeat; qua ea, quae in actis judicialibus dispersa sunt, distributione quadam sub uno aspectu ponuntur. Per illi SCHNIZLEIN, cui historiae Franconicae studium iuraque patria tantum debent, laudatam epitomen, seorsim non vbique obuiam, Selectis Norimbergenibus T. V. p. 234. inferi

inseri curauit atque, adiecta in singulos §§. divisione, de illis bene promeruit, quibus genuina rei patriae cognitio curae cordique est. Nullus negabit, Sereniss. domum Brandenburgicam causae litigiosae victoriam, per sententiam a iudicio camerae imperialis a. 1583. latam, in possessione reportasse. Reuifores eandem 1587. tam claris verbis confirmarunt, vt reis, in hīe succumbentibus, praeter petitorum nil supereslet. Et illud instituerunt, eius vero persecutionem a saeculis retro actis, nescio, an causae difidientia, an alia ex ratione? dereliquerunt, vt omni iure meritoque praescriptionis exceptio illis opponi queat, siquidem item, iam sōpitam, demū excitare vellent. Scio quidem atque perspectum habeo, Iuris Doctores in diuerſas abire partes, si quaefatio moueat: an petitorio semel instituto, postea vero derelicto, praescriptionis exceptio obſtet? Norimbergenses, in primis laudatus *Feuerlein* l. c. p. 60. quide eorum sententiam arripiunt, qui, disceptationem forensem in camera S. R. I. semel cooptam, praescriptioni non esse obnoxiam, statuunt. Preuocat quidem *Feuerlein* ad praxis cameralem atque ed eam probandam lectorum ad *Cameri* Obſeru. nec non ad *King de Königthal* hac de re conscriptam dissertationem ablegat. At enim vero omnia, quae et camerale iudicii affessores de hac camerale obſeruantia hinc inde statuere voluerunt, me nondum impeditunt, quo minus *Feuerleini* aliorumque allatam sententiam, utpote legibus expreſſis e diametro contrariam, pro minus accurata, ne dicam falſa, habeam. Miror quoque et nostris temporibus hanc de praescriptione litispendentiae sententiam, in alma Göttingensi Academia defensorem suum inuenisse ff). Leges enim Romanae, in primis illa vlt. C. de Praescriptio-

G 2

ne

ff) V. Schütte de praescri- suprenmis Imperii tribunalibus vſu  
ptione litispendentiae, cum gene- ſeruari potest, Göt. 1784.  
xatim tum in specie, quatenus in

ne XXX. et XL. annorum, alteri sententiae fauent atque  
differtis verbis actionem, ultra quadraginta annos protractam,  
irritam habent. Ius vero Romanum, in complexu ab Imperio  
est receptum et iudicium camerale, sine praeviotu-  
tius Imperii concluso, nec leges nouas condere, nec pro-  
prio ausu a semel receiptis per obseruantiam aut praxin  
recedere potest. Nec iuris Brocardico, a Feuerleino cito-  
to, quod nimurum per litiscontestationem actio perpetue-  
tur, ejus sententiae probationis via conciliari potest. Aliam  
enim actionis perpetuae significationem, in scholis *Ictorum*  
nondum didici, quam eam, quod perpetuitas haecce spa-  
tium triginta vel quadraginta annorum denotet. Quae cum  
ita sint, Norimbergenses, animaduertentes forsan per pra-  
scriptionis exceptionem ulteriore petitorii prosecutionem  
frustraneam fieri, aliam viam sunt ingressi et (sit venia ver-  
bis) per stratagem quoddam non tantum in bello sed quo-  
que in rebus iuridicis valde, ast perperam, visitatum, peri-  
tioribus vero neutquam occultatum, causam, quam, se-  
cundum tenorem camerale sententiae, in complexu perse-  
qui deberent, in singula capita dissecarunt atque tali modo,  
veterem litispendientiam studio negligentes, item in infinitum  
quasi protraxerunt. Semel iterumque systema illud de-  
seruitutibus in territorio alieno praetendunt atque iuris pu-  
blici pracepta, quae per se spectata, firmis nituntur fun-  
damentis, perperam huic controvrsiae accommodant. Dein-  
de omnes neruos intendunt, vt probent, cameralem sen-  
tentiam ita esse interpretandam, vt quidem vi illius March.  
Brand. criminalis iurisdictio, minime vero superioritas ter-  
ritorialis, fuerit concessa. Cui tortuosae interpretationi iam  
singulare illud scriptum, ex parte Ser. domus Brandenbur-  
gicae 1738. in lucem emissum gg), obuiam iuit. Atque  
Norim-

gg) cf. Hochstfl. Brand. kurz bisher von dem Rath zu Nürnberg  
und gründlicher Beweis, daß die gemachten Explicationes der bee-  
den

Norimbergensium annotationes, Brandenburgico scripto subiectae, non ita se habent, vt apertum cameralis sententiae sensum obscurare nosque a recta interpretandi ratione, quae nullam vim verbis inferre patitur, declinare valeant. Taceo, vocabula iurisdictionis et meri mixtique imperii, illis temporibus, quibus lis mota fuit, teste Hertio Opusc: Vol. I. T. II., non solum inter priscos Iureconsultos, sed etiam in veteribus chartis Imperialibus denotare superioritatem territorialem. Iterum ad acta indicialia aequa ac ad supra laudatam reuiforum relationem, lectorum remittere possum. bb) Liceat mihi, vnum alterumue locum ex relatione memorata apponere, vt vnuquisque intelligat, Noricos sinistrae verborum interpretationi indulgere, si disceptationem tantum ad iurisdictionem criminalem, nec ad territorium ipsum spectasse, sibi persuadent. Statim ab initio in relatione leguntur verba: „Marchio sibi vindicauit „die Fraisch bis an die Stadt Nürnberg, vnde pluribus non „est opus; cum vtrinque se fundat in quasi possessione „territori etc. „ Et quum sermo est de celebri illa venditione 1427. celebrata, notarior p.69. subiicitur: „conclu-

G 3

„sive

den Cammergerichtlichen Fraisch-  
Vrthen unrichtig etc. jamt Nürn-  
bergischen Anmerkungen fol. 1738.  
hh) cf. omnino historisch und  
rechtliche Bleuchtung der Knopf-  
schen Landcharte von Nürnberg  
ausgefertigt von Brennophilo 1764.  
nec non gyndliche Anzeige wie  
fälschlich, zum gefuchten Nachtheil  
der Gerechtsame der Hochfürstli-  
chen Häuser Brandenburg in Fran-  
ken und zu vermeintlichen Gunsten  
der Reichsstadt Nürnberg in dem,  
im Jahr 1764, an diesem Ort her.

ausgekommenen 3. Landcharten die  
desfäligen Grünen bemerkt sind  
etc. 1766. fol. quorum auctorem  
eruditissimum si ignoraremus, Holz-  
scherueriana Deductionum Biblio-  
theca testatur virum Perilli. SCHLU-  
SLEINVM. Quibus scriptis fundi-  
tus destruuntur ea, quae auctor  
Noricus, aduersae cause patro-  
nus, in calce opusculi ex ipsius  
Brandenburgici defensoris positio-  
nibus sibi vifus est posse in rem  
suam vertere atque nimipere  
gloriatuſ.

„sive appareat, quae vendita sunt in vtraque venditione,  
 „concernere iura particularia, pagos, bona et census in  
 „Burggrauiatu*s territorio* sitos: ipsum vero territorium ex-  
 „pressis iuribus superioritatis plenissime conseruatum.“  
 Quae cum ita sint, nemo inficias ibit, vocabula: *ius gladii,*  
*jurisdictionis criminalis, merum imperium,* promiseue pro iure su-  
 perioritatis a reuisoribus fuisse usurpata. Lis itaque de ter-  
 ritorio ipso in camera fuit decisa, non tantum de juris-  
 dictione criminali. Idem constat ex ipso libello a Marchio-  
 nibus iudicii oblati, qui principatum Burggrauiatu*s eiusque*  
 iura atque regalia, satis aperte pro litis obiecto habet.  
 Quid? quod et ipsi Norimbergenses, in reuisorii grauami-  
 nibus, quae ad iurisdictionem criminalem seu territorium  
 circa Norimbergam spectant, nec non in petitorii rubro,  
 ea confitentur, quae recentiori aeuo, speciosis quibusdam  
 argumentis, negare student, fundamentum nimurum latae  
 sententiae territorium ipsum fuisse. Quod nisi putassent,  
 cur illis locis, quae in lite erant, quinquaginta alia super-  
 addiderunt atque, de Nosocomii aedificiis, nouiter extra  
 urbem exstructis, competentia quaevis sibi referuantes, li-  
 tem ipsam in totum Burggrauiatu*s districtum territoriumque*  
 extenderunt? Ne diutius, quam par est, huic disceptatio-  
 ni inhaeream, alia argumenta, quae pro territorio, a secul-  
 lis inde cum Burggrauiatu*s coniuncto* eique per sententiam  
 cameralem, non amplius labefactandam, addicto, militant,  
 sunt reticenda. Quae nisi ob debitum breuitatis studium  
 praetermittenda forent, in medium proferre possem trans-  
 actionem illam Ludouici Palatini de anno 1453. atque de-  
 cretum foederis Sueuici de anno 1507, quibus Norici, quod  
 ad territorium attinet, intra muros atque vrbis suae po-  
 moeria sunt inclusi. Sicco tamen pede percelebrem illam  
 Emptionem Venditionem praeterire nequeo, quam Frideri-  
 cus VI. Burggrauius atque primus ex gente Zollerana Ele-  
 ctor Brandenburgicus, anno 1427. cum Ciuitate Norimber-  
 gensi celebravit. Iterum iterumque Norici hunc emtionis  
 titulum

titulum producere solent atque, duplicit E. V. instrumento extante, tum ex emtione syluarum, tum ex emtione castris, euincere volunt, sub verbis: „doch in diesem Kauf neli- „men wir aus vnd behalten vns vnserer Herrschaft, vnfern „Erben vnd Nachkommen des Burggrathums zu Nürnberg „vnfern Wildbahn, vnser Geleite vswendig der Stadt, und „andere vnfers Burggrathums Herrlichkeit“, Burggrauios in di- strictu Norico nullam sibi reseruasse superioritatem territo- rialem, atque vocabulum *Herrlichkeit* solummodo de rega- libus nonnullis, Burggrauiio reseruatis, esse intelligendum. Quae verborum explicaciones, quas iamiam camerali illo Procesu Norici iactarunt atque dubia, a Feuerleino iterum l. c. §. II. recta, prout fere omnia alia dissentientis par- tis argumenta, actis judicialibus insunt. Ait quam infelici successu a Norimbergenibus reis tum fuerint proleta, re- usorum verba, supra citata, demonstrant; quorum verita- tem ex geminis E. V. instrumentis, a Sigismundo Imperato- re confirmatis, perspicere possumus. Extant laudata instru- menta, quoad passus concernentes in Wagenseilii opusculo, supra a me citato, p. 304. et totus illorum tenor beati Iungii comiciae Burggrauiae T. II. p. 152 sq. insertus est. Vnusquisque faciliter negotio ea adire atque in primis ex documentis a Iungio p. 259 - 265 ii) laudatis discere pot- est, quid vocabula *Herrschaft* atque *Herrlichkeit*, in medii aeui diplomatis, sibi habere velint. Sane vocabulum *Herrlichkeit*, quod in instrumento de venditione castris o- currit, tum temporis synonimum erat meri imperii (Hals- gericht) prout reuiores, ex ipsis attestationibus, in libro censuali Altdorfino de anno 1468. obuiis, perspectos se ha- buerunt.

ii) Quod attinet ad vocabulum Zutrinken ap. eundem Iungium I.  
*Herrschaft* apprime hoc facit lo- c. In ihren Fürstenthümern, Herr-  
 cus insignis ex Lege Imp. R. schaften, Landen, Gebieten etc.  
 nempe l. de anno 1548. Tit. vom:

buerunt. At modo diximus, merum imperium seu iurisdictionem criminalem veteribus territorialem superioritatem denotare. Quis itaque dubitet, tristissimam vernaculae vocem *Herrlichkeit* candem significationem praese ferre, quam superioritatis territorialis vox, recens inuenta, sortita est, atque vocabulum *Herrlichkeit* eadem iura eminentiora designare, quae superioritati territoriali tribuere solemus. Accedit et hoc, cui insigne pondus addit Canon ille ICTORUM verissimus: exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Burggrauiorum itaque feuda, ius conductendi, barnumque ferinum in E. V. instrumento, tamquam individua territorii fura, tamquam (vt cum reuisoribus loquar) territorii BurggrauiatuS pertinentiae, sunt excepta. Ex quibus, nec non ex Burggrauiorum dominio totius milliaris circa Fürth, per Conradi pii donationes atque per iudicij duellici dispositiones luculenter probato, aperte sequitur, sub Clauilia Instrumenti referatoria superioritatem altumque dominium contineri *kk*). Quod si itaque Emioni Venditioni nil insit, quo Norici Noricum territorium circa urbem probare possint, nec ipsos iuuabit in territorialibus iuribus, quae in praefecturis, ab urbe remotis, exercent, praesidium quaerere atque exinde, contra Burggrauiorum territorium, argumenta struere. Praefecturas istas in bello Bavarico occuparunt atque ius auctorum suorum, Palatinorum quippe, consecuti, longe alium atque ab hoc multum diuersum titulum praetendere possunt. Sed quorsum haec omnia? eo redeunt, vt quisque possit videre, certamen cum aduersario initum, quomodounque exitus illius se habeat, iuribus Brandenburgicis nil fore additum nilque ipsis derogaturum. Habuerintne Burggrauii ante Rudolph. Invest. BurggrauiatuS territorium nec ne, quid inde? Reuera habent. Summum imperii tribunal territorium, et quoad Burggrauia-

*kk*) Relatio et Votum p. 70.

grauatum, iis adiudicauit eiusque conclusum, quod iam  
in rem transit iudicatam, nullisque dubiis adhuc obnoxium  
est, vteriores hac de re disceptationes forenes non per-  
mittit. Ast permittit sane argumenta, quae, ex antiquioris  
historiae cum praefidiis diplomaticis coniuncto studio,  
deprompta, cameralem sententiam illustrare eiusque indubia-  
tam veritatem firmius adhuc confirmare possunt, quaeque  
nunc quaestio, conflictui nostro proposita atque ab aucto-  
re adu. pertractionis §. 10. sq. vterius excusa, affer-  
re iubet.

## §. X.

*Rudolphina nostra Inuestitura non est omnium prima.*

Rem ipsam aggreditur auctor statimque ab initio diplo-  
ma Rudolphinum de anno 1273. profert atque, potiora in-  
feudationis capita, diplomati inserta, sigillatim enumerans,  
altera pertractionis sectione, confidenter admodum, ne  
dicam temerarie, contendit: hanc infeudationem familiae  
Zolleranae concessam, omnium esse primam, quae diploma-  
tice probari possit. Quodsi vñquam auctoris curam atque  
accuratum, in erudiendis diplomaticis per quam necessarium,  
studium desiderasse, certe in hoc desiderarem, quod tam  
nimia sui confidentia haec enuntiare non dubitauerit. Pro-  
uocat quidem auctor, in nota prima §. 11. subiecta, ad pro-  
priam procuratoris Brandenburgensis confessionem, in No-  
focomii causa Art. superaddit. 74. prolatam, quae sic se  
habet, vt procurator de *prima Rudolphi Imperatoris infeu-*  
*datione verba faciat. At enim vero quis solers rerum Bran-*  
*denburgicarum indagator ignorat, duas infeudationis litteras,*  
*diuerso tempore diuersisque locis dataas, ab Impera-*  
*tore Rudolpho Friderico Burggrauiu fuisse traditas? Vna*  
1273. Aquisgrani, altera vero, quae ob bullam auream  
diplomati appensam, sub nomine *Aureae Bullae* venire solet,  
Gemundiae 1281. Ad hanc alteram procurator Branden-  
burgensis

H

burgensis



Burgensis respexit, dum eam de anno 1273, primam Rudolphi inuestituram nominauit. Omnim primum illam nuncupare profecto procuratori in animo esse non potuit. Inuestiture litterae a Ludouico, comite Palatino super Burggrauatu ao. 1267. Cadolzburgi Friderico III. Burggrauio concessae, nec non Conradini, Regis Siciliae, Ducisque Sueviae infeudationis litterae idem Burggrauio eodem loco eodem anno datae, id sane prohibent; atque ea, quae mox sunt dicenda, vterius declarabunt, primam auctoris thesin, cui omnia alia pertractionis argumenta innituntur, a vero esse alienam. Profecto, centum annorum spatum et quod excurrat, iam erat praeterlapsum, ex quo comites Zollerani Burggrauiatum, qua feudum imperii, iure hereditario tenebant, antequam a Rudolpho I. cum illo inuestiti essent. Diploma itaque Rudolphinum veram feudi renouationem continet. Nulla noua aut prius inaudita Burggrauatus concessio; sed tantum prioris confirmatio ex illo cognoscitur. Quam nisi ponamus, cur, quaeſo, in diplomate Rudolphino de anno 1273, in illo de anno 1281, atque in Albertino de anno 1300, verba leguntur: „cum reliquis feudiis, quae idem et sui progenitores a nostris anteceſſoribus ante habuisse dignoscuntur. Cum aliis feudiis, quae praedičus Burggrauius et sui progenitores ab inclytæ recordationis imperatoribus et regibus, nostris praedeceſſoribus, feudal titulo tenerunt et habuerunt. Cum reliquis feudiis quae idem et sui progenitores a nostris anteceſſoribus habuisse dignoscuntur.“ Quodsi quis quaerat, quaenam prima Burggrauatus fuerit inuestitura? Respondemus, non opus esse ad probandam inuestituram ad litteras prouocare, vt pote temporibus ante Henric. IV. Imp., teste BOEHMERO pr. iur. feud. §. 114. rariores vel plane nullas. Addatur PÜTTMANN in obſeru. iuris feud. p. 113. Ne quis itaque credat, Burggrauatum aliquid detrimento capere ex defectu talium chartarum, succurrit exemplum ducatus Holsatiae. Extra omnem dubitationis aleam positum est, hunc

hunc ducatum tempore Frid. I. fuisse feudum Imperii. Hoc vero non obstante, antiquiores infeudationis litteras Hol-satia producere non valet, illis, quas Carolus IV. Imperat. concesserat. Quo magis haec omnia intelligentur, eundem auctoris ordinem seruare non possumus. Priusquam enim nos ad Rudolphini diplomatis explicationem adcingamus, alia sunt praemittenda, quae genuina laudati diplomatis illustratio requirit, quaesumus sinceram illius enodationem magnopere facilitant. Quae in prima Diff. sectione §. V. de antiquitate Ciuitatis Norimbergensis protuli, nunc quoque disquisitionem de origine Burggrauatus Norimbergensis postulant; et cum iam §. VII. potiora momenta de Burggrauis in genere, in lucem edidi atque conspectum, naturalis rerum series ad ea nos dicit, quae in specie de conditione Burggrauorum Norimbergensium deque rebus gestis illorum ante Rudolph. Inuest. hacce in materia sunt dicenda. Habes igitur, mi lector, quae mihi hacce in Diff. proposui. Ipsam Rudolphini diplomatis discussionem atque lemimat, quae auctor inde traxit, vteriorem explorationem, sectioni Diff. III. reseruo. Diu mecum reputans, an in hac via irsistam, seu, propositi rationem derelinquens, breuiores in refutando eligam, nihil inueni, quod me a proposito, semel coepto, abducatur. Quodsi quis me nimiae verbositatis vitii accuset, is perpendat, quaequo, seriem rerum non interruptam, primam interpretationis esse regulam, atque ea, quae sequuntur, optimam consequi illustrationem ex antecedentibus.

## §. XI.

*Auctorum quorundam sententiae de ortu Burggrauorum N.*

Quod attinet igitur ad Burggrauatus Norici originem, omnes, qui hacce in re declaranda occupati fuerunt, argumentum nodosum spinosumque multisque difficultibus obnoxium, experti sunt. Nullus itaque credat, me valere,

H 2

hanc



hanc materiam exhauire vel perfectam atque omnibus numeris absolutam expositionem sistere. Mitto quae de antiquis Burggrauiatuſ Norici populis Harudis, Sedusis, Her munduris e. f. p. mitto, quae de veteris Nordgouiae in diversos pagos <sup>ii</sup>) diuisione deque statu illius, sub Merouingiorum atque Carolidarum Imperio, tradi possent. Selectantum capita ex veteri Burggrauiorum historia depromere, eamque, quatenus Rudolphini diplomatis enodationi inseruiunt, vsque ad Rudolphi <sup>i</sup> tempora continuare, fert animus. Ante omnia notari meretur, quam plures, de ortu Burggrauiorum Norimbergensem, scriptores, in eo consentire, quod sub Conrado Imperatore Burggrauiatuſ noferit conditus. Quisnam vero ille Conradus fuerit, sub cuius Regimine primi Burggrauii Norimbergae constituti dicuntur, intra Iliacos muros certatur ac extra. Quotquot Conradi Imperii Germanici habens moderati sunt, tot diuersas comprehendimus historieorum opiniones. LEVTINGERVS ille, de historia Brandenburgica meritissimus, censet, sub Conrado <sup>i</sup> Imperatore, anno 911. Burggrauiatuſ Norimbergensem coepisse. PACHELBL de GEHAG vero, confiliarius quondam aulae Onoldinae intimus et in conseribendis de re vecigali deductionibus scriptor soleritissimus, statuit, Burggrauiatuſ Norimbergensem ab et sub Conrado Salico electoralia iura obtinuisse. Prior, LEVTINGERVS quippe, errat in designatione anni 911, quem Conradus <sup>i</sup>. demum anno subsequenti 912. ad Imperii fasces admouebatur, et PACHELBLVS rem sane nimium exaggerauit, dum iam sub Conradi Salici tempore, de iuribus loquitur electoralibus. At enim vero, si follicite, prouti par est, inter simplices atque Imperii Burggrauios

<sup>ii</sup>) Utinam exemplum, quod sfr. At non semper licet adire praeviuit vir summus Strebelius, Corinthum. Rari quippe Beselli, in pago Rangore enodando multati sequerentur, vid. Franc. illu-

bii, Hahni, Gerberti, adde etiam Rati, Stieberi Spiesisque.

uios distinguamus, sententiis modo allatis aliquid veri ineffe,  
 non est quod negemus. Reuera opinio, iam Conradi I.  
 temporibus Burggrauios, non statim quidem Imperatorios, ast  
 Burggrauios tamen arcii Norimbergensi praefuisse, veteris Castrorum  
 illius conditioni, mox enarrandae, non adeo repugnat, prout  
 STÜBNERO in Diff. de Burggrauatu Norimbergensi, supra lau-  
 data, videbatur. Nec ipsius Stübneri, elieu nimis mature  
 patriis rebus erexit, sententiam de ortu Burggrauiorum No-  
 rimbergensium tacebo. Is sibi persuasum habet, ne quidem  
 sub successoribus Conradi Salici, Henricis III. IV. V. Lo-  
 tharioue ortum esse Burggrauiatum, sed (quae sententia et  
 Falckensteinio arridet) sub Conrado Sueuo, urbis Norim-  
 bergae restauratore vel potius conditore, primos extitisse  
 Burggrauios. Euincere conatur Stübnerus Castellani offi-  
 cium, vt pote ambulatorium i. e. ad vitam tantum conce-  
 sum atque a ciuitatis magistratu dependens, multum fuisse  
 diversum ab illo Burggrauii, recentiori aequa ac splendidiori.  
 Quibus praefectis, pergit: Godofredum ex gente Zol-  
 lerana, quem usque ad annum 1146. in Castro Norico Castel-  
 lani munere functum perhibet, post dictum annum ab ipso  
 Imperatore tali modo constitutum fuisse Burggrauium, ut  
 dignitas, hereditario iure, in eius successores transiret.  
 Primo obtulit et ego non multum abfui, quin huic Stüb-  
 neri sententiae, ingeniosae sane, adstipularer. At enim ve-  
 ro, quo longius eam pensitavi, eo magis perspexi, illam  
 cum fide documentorum non esse conciliandam. Diploma-  
 ta enim, in quibus rei cardo vertitur, verum disserimen-  
 tum, quod iam tunc temporis inter Castellanum atque Burggrau-  
 um intercessisset, non admittunt. Constat hoc ex diplo-  
 mate Fridericiano, quod de anno 1160. exaratum reperi-  
 mus, quodque post Auentinum B. IVNGIVS in Com. Burg.  
 T. I. p. 113. excitauit. Quo in diplomate Conradus de  
 Dörnberg inter testes conspicitur subscriptus atque nomine  
 Castellani de Nürnberg insignitus. Quo vero pacto anno  
 1160. Conradus Castellanus dici potuisset, si recta se habe-  
 ret

ret Stübneri sententia, quod nimirum iam 1146. Godofredus ille, viliori Castellani munere dimisso, ad nobilius illud Burggrauii fuisse prouectus? Accedit et hoc, in diplomatis, quae auctor Singul. Norimberg. p. 401. atque ex illo personatus Io. ab Indagine l. c. p. 301. memorant, eundem Godofredum 1138. Castellatum de Neroberga, 1139. Aduocatum de Norinberg et subsequentibus annis 1140 — 1145. modo Praefectum, modo Castellatum de Nuremberg fuisse nuncupatum. Quum vero, prouti supra p. 27. demonstrauimus, certo sit certius, et Aduocati et Praefecti nomina Imperatorium quoque Burggrauium denotare, quid impedit, quo minus idem de vocabulo Castellani statuamus? In primis quum et anno 1184. Conradus, in Diplomate, ap. GLAFER Anecdotorum p. 160 et 151. sub Castellani nomine ocurrat. Quae cum ita sint, absit, vt in Stübnerii sententiā, ingeniosam quidem, ast praesidiis diplomaticis non suffultam, pedibus eam, vt potius sententiis Mathaei, Loeberi, S. R. Oetteri aliorumque album adjiciam calculum, qui, Castellani vocabulum simpliciter vocabulo Burggrauii aequipollere, volunt. Ne vero, in discutiendis aliorum, de origine Burggrauiatuſ Norici, opinio- nibus, iusto diutius, iis inhaeret, quae mihi a vero abhorre videntur, proferam aliam, quae magis placet, quae veritati proprius accedere nos finit. Est illa, quam siam tirones in historico Patriae studio ex primis plagellis Compendii b. REINHARDI praceptoris mei grata mente semper recoledi, legere possunt, quamque nunc vterius stabilire volumus ex eruditissimo Ill. PFEFFELII periculo, quod T. I. Commentationum Academiae Bauaricae de anno 1763. insertum est atque veterum Nordgotiae Marchionum, ex gente Babenbergensi atque Vohburgensi, historiam solide explicat. Omnia eo redeunt, vt Burggrauios, simplices caſtri cuiusdam praefides, ab Imperatoriis Burggrauis, in prima Diff. parte p. 32. accurate, ni fallor, descriptis, follicite discernamus. Quum omnes nobiliores dignitates, in rerum natura

natura obuiæ, suos habeant ortus, procul dubio et Burggrauii Norimbergenses praefecti erant, aliorum potestati subiecti, diuque Castris tantum Norimbergensis curam gesserunt, priusquam sub nomine Imperatoriorum Burggrauiorum innoverunt. Quem non latet, quid splendida Burggrauiatu*s* Imperialis dignitas, supra descripta, sibi velit, is facile nobis concedet, Burggrauios Norimbergenses, altiore hunc dignitatis gradum, non uno eodemque tempore fuisse consecutos. Qui secus statuit, quique ea, quae sensim pedentimque sunt enata, ex machina quasi profilire iubet, is frustra iactabit, se a partium studio esse alienum. Patriae splendori profecto nil addimus, dum, vano eius amore abrepti, a historica veritate recedimus; atque bona Patriae causa non eget, ut male eam defendamus. Quo magis haec nostra de origine Burggrauiatu*s* Norici deque incrementis illius sententia perspiciat, necessitas vrget, ut quaedam praeliminaria de antiquo Castris Norimbergensis statu differamus. Consideremus itaque §. sequenti veterem castri illius conditionem seu, quod perinde est, ad illa tempora respiciamus, quibus Burggrauiorum potestas finibus adhuc exquis cohibebatur.

### §. XII.

#### *Præca Castris Norici Imperialis conditio.*

Quod attinet ad exstructionem Castris Norici, iam supra §. V. de antiquitate et libertate ciuitatis Norimbergensis differentes, paucula quaedam de arce, in cuius vicinia, multis post annis, ciuitas ipsa condita fuit, prælibauimus. Iamiam ibi, quasi aliud agentes, in lectoris memoriam historiae dogma reuocauimus, de cuius indubitata veritate, omnes sinceri antiquitatis germanicae studioſi, abunde testantur, castella nimirum primis Germanorum populis præciuitatibus placuisse iisque multum esse antiquiora. Quo accu-

accuratius antiquam tractus Norici faciem perlustrauimus, quo sollicitius prima vrbium Franconicarum vestigia sumus persecuti, eo magis de veritate, iam supra exposita, conuincimur, quod ortus, quem Castrum Noricum habuit, a Ciuitate non sit deriuandus; sed plane altius repetendus. Non adeo temerarii sumus, vt indicate velimus, quo anno, quo die, quid quod et quibus horis, prima castrorum Norimbergensis fundamenta, fuerint iacta. Id profecto mathematico, dum erat in viuis, deliranti, Andreae Goldmayero relinquimus, qui tale quidquam, de prima vrbis Norimbergensis aedificatione, nugari non erubuit. At enim vero, missis nugis *mihi*, ad feria accedamus. Non multum, vt mihi quidem videtur, a vero sunt alieni, qui castrorum Norici extirptionem in Carolingicorum Periodum colloquunt, quique illam, vrgente necessitate, ipsius Careli M. iussu, factam esse, statuunt. Quis ignorat crebras irruptiones, Caroli M. temporibus, a Slavis in hanc nostram regionem factas? Quis nescit et Winidorum in tractum Noricum repentinae incuriones? Ut alia, de turbido illorum temporum in Nordgouia statu, in praesenti omittam, lectorum ad *Fredegarium* ablego, cuius verba apud Eccardum de rebus Franciae orientalis Tom. I. pag. 202. haec sunt: „*multis post baec vicibus Winidi in Theoringiam et reliquos vastando pa gos in Francorum regnum irruunt.*„ Veteris tantum Theoringiae mentionem hic facit auctor omni fide dignissimus. Quam vero certo sit certius, quod intra veteris Theoringiae limites et illa prouincia fuerit circumscripta, quae a seculo, post Christum natum VI., Nordgouiae nomine

*mm)* De quibus vide SCHWARZI Diff. Lemmata quaedam antiquit. Norimb. p. 3. Goldmarius ex Horoscopo, si Diis placet, promisit, Norimbergam aedificari

fuisse coepit A. M. 3771. 24 ante C. N. die Martis eoque 9. Aprilis, hora 8. matutina, minutis 57.

nomine insigniri solebat, vnuisque intelligit, ea quoque, se  
veteri Nordgouia in specie, valere, quae Fredegarius, de Wi-  
nidorum moxque de Slavorum in Theoringiam excursionibus,  
generatim scripsit. Omnes paene scriptores, qui vitam Caroli  
M. eiusque res gestas describendas sibi sumserunt, memo-  
riæ prodiderunt, Carolum M. irruptionibus memoratis fire-  
nue restitisse. Deinde ex iisdem constat, Carolum M.,  
eiusmodi expeditionibus quam saepissime occupatum, vbius  
alias solertissimum fuisse castrorum conditorem. Id verba  
declarant ex *Lamberto Schaffnaburgensi* desumpta: „imperator,  
„inquit, in omnibus per Saxoniam montibus et collibus, qui  
„modo ad arcendam vim paululum quid commoditatis habe-  
„re videbantur, extruebat castella.“ Quid itaque obitat,  
quo minus credamus tale quoque Castrum in colle Norim-  
bergensi, pro modo rei militaris illorum temporum a Carolo  
fuisse exstructum, quod aliis in regionibus, futuri tempo-  
ris statum sapienter prospectans, admodum sollicite ex-  
strui curauit? In primis cum Thassilonem seditionum illum  
Bavariae ducem debellaturus, contra eundem exercitum  
diceret hasque regiones identidem transiret. Accedit et  
hoc, Noricum montem, qui in magna regionis planicie longe  
lateque vnicce prominet, prae aliis peroportune ad ca-  
stri exstructionem situm atque ita comparatum esse: vt,  
si loci naturam contemplemur, arcis exstruenda occasio-  
nem daret, quid quod, ad Castellum condendum, quasi in-  
uitaret. Denique, vt Caroli M. facellum, cuius rudera,  
in vicinia nostra sita, apud Wagenseilium l. c. p. 21. expo-  
sita habemus, in praesenti taceam, et ea attingere lubet,  
quae vulgo, vsque ad hunc ipsum diem, iuxta Norimber-  
gam Fürthamque, traditione quadam, de Carolo M. cir-  
cumferuntur, quaeque vnicuique fatis superque nota sunt.  
Traditioni vero, et in rebus historicis, quandoquidem ali-  
quid esse tribendum, nullus praefacte negabit, qui vel  
ea expedit, quae in terris, Augustam Vindelicorum cir-  
cumiacientibus, de proelio quodam Romanorum aduersus



Vindelicios ex ore plebeulae audiuntur, nec genuinis historiae testimonii repugnant. Quae cum ita sint, usque dum contrarium probetur, iis largiamur, quibus cum quamplures Norimbergenses quoque scriptores consentiunt, qui que, castellum illud Noricum Caroli M. aeuo iam extitisse statuunt. Quod si vero iam tum fuerit in rerum natura castellum, et praefides adfuerunt, arcis curam gerentes, quos unumquodque castellum unusquisque Burgus habuit quique, si nondum Burggrauii eximio dignitatis splendore corruscantes, at saltem Burggrauiorum nostrorum in Nordgouia praecursores erant.

## §. XIII.

*De statu veteris Nordgouiae, praecipue de Marchionatu Nordgouensi.*

Vetus Nordgouia olim Romanis, deinde Gothis atque Hunnis subiecta, saeculo p. C. N. sexto, veterum Boiorum Imperio paruit. Postquam vero Carolus M. ultimum, ex stirpe Agilolfingica, ducem Thassilonem armis sub potestatem redigisset, amplae Caroli M. ditioni imperioque vetus Nordgouia fuit adiuncta. Is prouinciam armis occupatam in diuersos pagos diuisit, illisque comites, qui nomine Imperatoris ius dicerent statusque regimen administrarent, praeposuit. Quum vero castella, prouti alia omnia, intra limites cuiusdam pagi exstructa, comitum fidei atque tutelae essent commissa, comes, qui tractum Noricum, in specie sic dictum, regebat, primaeuos illos arcis Norimbergensis praefides, quos procul dubio iamiam Carolus Imperator ibi constituit, subiectos habuit. Talis rerum facies manebat tamdiu quam Carolidarum stirps fasces Imperii tenuit. Licet sub ultimis Carolidarum Imperatoribus, quorum auctoritas iam immutata non tanta erat, quanta illa Caroli M. comites multa sibi arrogarent, quae antea arrogare, respectu originariae illorum conditionis nefas erat.

Con-

Contentiones, quas Adalbertus ille Babenberensis, vt de aliis fileam, cum Conrado comite habuit, quasque, dum Ludouico Infanti obsequium denegabat, cum vitae suae dispendio exercuit, id fatis aperte demonstrant. Post extinctam Carolingicorum stirpem seculis X. et XI. sub Conrado I. Henrico Aucupe, deinde regnantibus gentis Saxonicae imperatoribus atque postremo sub Henrico II. Bauaro, Ducum potestatem, a Carolo M. debilitatam, in diuersis Germaniae partibus, auctis viribus, reduceam conspicimus. Quamuis vero, si validiores Bauariae Duees, Norico tractui valde propinquos, excepéris, nullam aliam Ducum potestatem in nostra prouincia inueniamus, multi tamen comites in Nordgouia caput extulerunt hancque prouinciam in peculiares comitatus adeo multos discerpserint, vt vetus Nordgouiae nomen penitus euanesceret atque plane in defuetudinem abiret. Praeteruehamur quae nunc de diuersis illis comitatibus Abenberg, Banz, Bogen, Castell, Sulzbach, Dornberg, Neuburg, Meran (cuius comites e familia Andecensium in Bertholdo IV. 1180. dualem dignitatem naucti sunt) Truhendingen, deque Dynastia de Heydeck nec non de Landgrauiatibus Stephaning et Leuchtenberg, quid quod et de Burggrauiatibus Rotenburgensi aequae ac Ratisponensi et s. p. dicenda forent, atque ad Marchionatus, in primis ad illum animum intendamus, quem eo temporis spatio, de quo nobis sermo est, sub regimine quippe Imperatorum Saxoniorum, in Nordgouia constitutum deprehendimus cuiusque ex historia Burggrauiatui nostro multum luminis accendi potest. Non opus est, vt marchionatus istius, in Nordgouia olim florentis, historiam, ex instituto delineem. Ferias mihi facit eruditissima illa III. PFEFFELII tractatio, supra laudata, qua, ex documentis fide dignissimis nec non ex scriptoribus coaevis, singulare cura omnia ex antiquitate eruta atque solida superiorum temporum cognitione colluttrata reperimus, quae de materia ardua multisque difficultatibus implicita, dici poterant



rant mi). Constat quippe ex laudato PFEFFELII scripto, quod T. III. Academiae Bauariae commentationum continatum videmus, hunc Machionatum eo fine a Bauariae ducibus suis ordinatum, ut Marchiores (qui et simpliciter Comites, Marchi-Comites, nonnumquam, ast rarissime, Marchiones Bauariae dicebantur ac plerunque a dominis Ammerthal et Schweinfurth, quidquid a loco natali Vohburg nomen Marchionum de Ammerthal, de Schweinfurth, Marchionum de Vohburg acceperunt) Bauariae limites, a rapidis Slavorum Bohemicorum incuribus defendenderent. Quale propugnaculum Misericordia Marchionatus Saxonie erat, tali Bauaria in nostro Nordgauensi gaudebat. Nordgauenses vero Marchiones ducibus Bavaricis ab initio erant dicti audientes, subsecuto autem tempore a nexus Bauarico ea ratione liberati sunt, qua Austriae, Styriae, Istriaque Marchiones, per longam seculorum seriem eorumdem imperium passi, liberabantur. Istius Marchionatus fata duas quasi periodos constituerunt. Aliam a Bertholdo I. qui primus Marchionum Nordgauensem est, quem genuina historiae documenta de anno 961 probant, usque ad annum 1057, quo per celebris ille Otto Suinfurtensis decessit: aliam ab anno 1057, usque ad annum 1209. quo, Bertholdo III., Diepholdi II. filio, improli mortuo, progenies Marchionum Nordgauensem prorsus extincta fuit. Quae cum ita sint, reuera duos peculiares Marchionatus Nordgauenses habemus; unum veterem, recentiorem alterum. Vtriusque Marchionatus fines erant diuersi. Recentior angustioribus limitibus erat circumscriptus, hancque ob causam simpliciter Chamenis comitus a coaevis historici nuncupatur. Ast longe lateque antiquus Marchionatus in Nordgauiam ipsam fuisse

an) Ornauit praeterea hunc locum gewesenen Markgraven auf dem eum SCHÖPFIVS Nordgau Ost-Nordgau etc. Hildib. 1752. 8.  
Fränkische Staatsgeschichte der

sese diffundebat. Placet quidem III. PFEFFELIO, antiqui Marchionatus Nordgouiensis fines, in totam Nordgouiam proferre atque ex peculiari eius disquisitione de veteribus Nordgouiae Bauaricae finibus, itidem Comment. Ac. Bau. T. I. inserta atque T. II. contra objectiones quasdam vindicata, liquet, quibus amplis ditionum terminis PFEFFELIVS veterem Bauariae Nordgouiam velit designare. Alii me peritiores diudicent, numne forsitan laudatus PFEFFELIVS in finibus istis regundis, admodum audax fuerit? Si verum dicere licet, quod pace tanti viri dixerim, Curia Variscorum aliaque remotiora loca Nordgouiae finibus inclusa fuisse, testimonia allata non probant et alia, maioris momenti, quibus, nisi instituti ratio prohiberet, in scenam prodire possemus, aperte refragantur. Sed haec obiter! Qualescumque totius Nordgouiae fines fuerint, nullus negabit, istam regionem, quo castrum Noricum iam iam extabat, ad antiquum Nordgouiae Marchionatum pertinuisse. Quum vero illud ipsum cum terra ei adiacente pars fuit istius Marchionatus, sane Norimbergensis arcis praefides seu, quod perinde est, Burggrauii pro Marchionum praefectis sunt habendi. Quibus ex familiis isti praefecti fuerint, id indagare supersedeo. Falkenstein in analectis Nordgouensibus T. II. p. 11. n. 4. multum negotii sibi facessit in refutandis illis, qui comites de Rätz s. Ragkze in numero Burggrauorum Norimberg. habent. Atque T. I. P. I. n. 2. eos quoque redarguit, qui statuunt, comites de Vohburg Burggrauatus munus administrasse. Quod ad posterius attinet, non insipide coniecturare licet, comites de Vohburg, quorum officiales Burggrauii erant, cum Burggrauis ipsis fuissent mixtos. Omnium diplomatum totiusque historie fide destituti essent, nisi concedamus, Burggrauatum aliquamdiu officium fuisset ambulatorium. Sit, ab initio ambulatorium fuisset nec statim, pro more officii, in heredes transitorium. Sit, praefecturam ab initio diuersis familiis, quarum nomina rerum tenebricosa antiquitas perscrutari non finit, colla.

collatam fuisse. Quid inde? Vires hisce Burggrauis creuerunt fimbriasque potestatis dilatarunt post Ottonis obitum 1057. et subsecuto tempore, in primis sub turbido Franconiorum Imperatorum regno, nec non Lothario II. regnante, peropportuna fese illis obtulit occasio, ad altiora progrediendi atque, felici admodum successu, splendidam imperialium Burggrauiorum dignitatem consequendi. Quam rerum conuersionem iam iam PFEFFELIVS, quasi aliud agens, inuitat atque diversis locis digito quasi monstrauit. Ambabus manibus arripi sententiam, quam modeste admodum pro conjectura venditare voluit cl. PFEFFELIVS. Velle quidem, vt, quo est ingenio, robur conjecturae addidisset. Ast, proh dolor! spes mea decollauit. Sit itaque PFEFFELIO conjectura! multum, quod grata mente agnosco, conjecturae deboeo. Ansam mihi praebuit vterius hac de re meditandi atque argumenta, quae, pro ingeniali ratione, ad stabiliendam sententiam excogitare potui, quae vero, quod bene sciam, ponderosiora a PFEFFELIO ipso sunt expectanda, in praesenti cum lectore communicabo.

## §. XIV.

*Quid nobis videatur de ortu Burggrauiat Norici exponitur.*

Quod caput rei est, ad illam temporis periodum respiciamus neccesse est, quo Otto, illustris ille Marchio Swinfurtenis., quem Henricus III. Imp. consentientibus Sueviae ordinibus, de Suevico ducatu inuectuerat, diem obiuit supremum. Obiit, nulla prole mascula relieta, 1057. et tres filiae, quae superstites illi fuerunt, (nam *Eilica* vota monacali adstricta, *Gisela* vero, procul dubio, ante partem fatis defuncta erat) *Judith*, *Beatrix* atque *Bertha*, potentiorum comitum vxores, amplam patris hereditatem creuerunt. Omnes ipsatis editiones aequa lance inter se diuidere, ratio illorum temporum non permisit, quae, quippe nullo non tempore, post extinctam principis potentissim

tioris stirpem masculam, turbida fieri solebat. Imperii eiusdemque patriae annales testimonia satis luculenta exhibent, quibus difficultatibus sorores Ottonis II. ultimi ducis Meraniae, 1248. fine prole defuncti, impeditae essent, quo minus amplam illam hereditatem, maxima ex parte illis competentem, totam assequerentur. Profecto filiae Ottonis nostri easdem difficultates expertae sunt, et multum absfuit, vt totam patris hereditatem obtinere possent. Ut feuda masculina praetermittamus, quae curiae feudales sibi vindicarunt consolidaruntque, illorum temporum historia nos docet, minores istius regionis Landsfios, tunc temporis tantum sibi sumfisse, vt comites de Sulzbach, Comites de Hirschberg, Landgrauii de Leuchtenberg, nec non de Stephanning, quin et Marchiones de Hohenburg salutarentur, quibus nominibus ipfi antea non innotuerant. Numne putemus Burggrauios Norimb. se nusquam mouisse? — Idque, suadente aliquor exemplo, non fuisse ausos, quod aliis in prouincia, felici admodum successu, eueniisse perspexerunt? Non est, quod credamus, Burggrauios Norimberg. illa iam aetate supremum fastigium fuisse consecutos. Ast tempus venerat, quo nihil obstat, quin et ipfi proprio nomine Castrum tenerent, iuraque territorialia in terram, Castro adiacentem, ipsorumque praefectureiae olim subiectam, exercerent. Quae cum ita sint, iam 1057. post Ottonis mortem prima principalis dignitatis vestigia fundamentaque Burggrauiorum nostrorum deprehendimus. Apprime congruunt, quae modo diximus, illi tempori, quo Henricus IV. eiusque filius Henricus V. ab anno 1056-1125. Imperio praeerant. Henricus III. memoratorum Imperat. pater atque aius, post adeptam imperialem dignitatem ducatu quidem Bauariae pro more illorum temporum se abdicavit, mox vero illum ipsum cum domo sua coniunxit. Quo factum est, vt etiam Marchiones Nordgauenses, qui tractum Noricum gubernabant, iuris illius distinctionisque essent. Indicio nobis est Concilium illud, quod

No-



Norimbergae congregauit, quoque Norimbergam, oppidum suum gentiliuim nominauit. Cf. Auentinus L. V. C. 8. Diploma de anno 1073., quo Henricus IV. patris successor teloniorum immunitatem Norimbergensibus impertivit, praeter hancce praerogatiua, nil continet, quo Norimbergenses, de ciuitate iam tum libera, gloriari possent. Prodit potius, sicuti et illud Henrici V. de anno 1112, eiusdem tenoris, municipalem Norimbergensium conditionem, qua Henricis IV. et V. obstricti fuerunt. Quis praeterea casus, quis varia discrimina rerum ignorat, quae sub memoratis Henricis totam Germaniam agitarunt? Crebris illis contentionebus, quae patri cum filio intercesserunt et Norica regio fuit inquietata. *Bertholdus Constant.* ad annum 1097., *Otto Friisingensis* apud Vrftifum T. I. Germ. Script. p. 144. nec non *auctor Hist.* Vitae Henrici IV. apud Vrftifum l. c. p. 387. abunde testantur, castrum Noricum, quam saepissime tunc temporis fuisse captum, direptum, diruptum. Quod si vero maiores inter se certant, minoribus peropportuna est data occasio, ad altiora aspirandi. Burggrauii fane, qui eadem tempestate Castrum Norici curam gesserunt, alium, praeter Imperatorem, dominum directum non habuerunt. Quum enim post Henr. V. extrema fata anno 1125. Conradus II. atque Fridericus II. duces Sueviae, ab Agneta, unica Henr. IV. filia, Friderico Hohenstaufico 1058 nupta, descendentes, castrum Noricum terramque adiacentem, iure successionis, inuadere voluissent, tanta vi repugnauit Lotharius II. Imp., vt, Castro Norico obsidione cincto, Imperio illud vindicaret ducesque Sueviae eo redigeret, vt, interueniente Bernardo, Claraevallenensi Abbatte, castrum Noricum Imperio revera cederetur. Cf. *Otto Fri sing.* de gestis Frid. I. Imp. L. I. c. 8. ap. Vrftif. p. 416. sqq. nec non *Aeneas Sylvius* in *Hist. Frid. III. Imp.* in Boecleri Vol. Rer. Ger. p. 14. sqq. Item *Annal. Hildes.* ad a. 1135, *Chronographus Saxo* ad annum 1135. ac *Monachus Weingart.* in *Hist. de Princ. Guelf.* p. 788. Postquam vero Conradus, qui

qui mortuo Lothar. 11. 1138. primus ex gente Staufensi Imperator electus fuit, castrum Noricum cum terra ei adiacente recuperavit, nec amplius illud, quod iam vi foederis Imperii erat, cum ducatu suo gentilitio, Sueviae puta, coniungere valuit. Non est, quod obstant, quae supra de Ciuit. Norimb. dicta sunt, illam nimirum, sub Conrado III. in nexus municipali fuisse cum Sueviae ducatu. Quod valet de Ciuitate, a Conrado III. in deliciis habita atque ab ipso, si verum dicere liceat, ad veram vrbis conditionem demum enecta, non statim valet de castro. Castrum iamiam erat de numero imperialium, terraque ei apposita pro fundo Imperii habebatur, atque Burggrauii castro illique terrae, Imperii nomine, praepositi, Burggrauiorum imperialium dignitate corruscabant. Imperialis vero Burggrauii dignitas nullam aliam, quam principalem significat. Nomina sunt diversa, res vna eademque est. Nominantur quidem primi Burggrauorum Aduocati, Castellani, nec non Praefecti. Quae posterior denominatio tali modo cum nostra sententia conciliari potest, vt Burggrauii, mutata licet veteris praefectureae conditione, antiquum praefectorum nomen, prout fieri solet, retinuissent. Quam modo explanatam sententiam tenere rectia concludendi ratio eo minus dissuadet, quo magis conitat, diplomata, quibus primi Burggrauiorum Norimbergensium, vt testes occurunt, apprime in hancce quadrare periodum. Amplum eiusmodi documentorum recensum et Brandenburgici et Norimbergenses scriptores derunt, atque, vt vnum alterumue e multis nominem ad IVNGII Comiciam p. 106 - 118. nec non ad WOELKERI Sing. Norimb. p. 204. lectorem abiego. Ibi deprehendet ab anno 1105. Godofredum, Conrados, Fridericos, Burggrauios Norimbergenses, qui omnes, quod nullus negabit, ex vna eademque familia, Zollerana nempe, fuerunt. De Godofredo cf. ante omnia Falstensteinii Anal. Nord. T.I. P.IV. n. 2. Idem l. c. T.I. P.III. n. 3. optime, ni fallor, assuerat, quam plurimis difficultatibus eos premi, qui Henricum aliquem,

K

quem, Burggrarium Norimbergensem, nobis obtrudunt. Qua vero ratione Comites Zollerani Burggrauiatum nostrum obtinuerint, quaestio est altioris indagiris, quae singularē discussionē adhuc desiderat. Habemus quidem ingeniosam S. R. OETTERI indagationem quam peculiari tractatu: *Muthmaßungen, auf was für einen Weeg das graefliche Zollerische Haus moegte zu dem Burggraftium Nürnberg gelangt seyn, 1773.* in lucem edidit. Ast, si verum dicere liceat, quod pace celeb. viri dixerim, veroor, ne nimium audaces simus, si meritis coniecturis indulgentes et plus aequo illis tribuentes, pedibus in sententiam eius iuerimus. Iam supra indicauimus, comites Zolleranos insignibus possessiōnibus, in tractu Franconico, praeditos fuisse. Anne hasce possessiones iure matrimonii, quod illis cum Marchionibus de Schweinfurt fuit, acquisuerint nec ne? alii diuident. Tenebant vero Oberndorf, prope Schweinfurth, a Comiti bus coenobio Teres, ab hoc dein dominis de Thüngen, ab his postremo ciuitati Schweinfurtenſi venditum; item: pagum Paar trans Moenum, conterminum pago Imperii Sennfeld; porro aquas piscatorias locumque desertum Schmalfelden, hodie der dürre Hack, nuncupatum, et rel. Quidquid et Tubariae pagus, post extinetam Marchionum Suinfurtenſium stirpem, ad eosdem comites Zolleranos translatus est. Magis itaque credibile est, haec bona, a Comiti bus Zolleranis possessa, fuisse in causa, cur ipsi ad Burggrauiatum per venerint. Quidquid vero sit, (vt e diuerticulo in viam redeamus) de acquisitione Burggrauiatus per familiam Zolleranam facta, omnes Burggrauii, quorum in supra citatis diplomaticis cū testimoniū sit mentio, ex vna eademque familia, Zollerana scilicet, atque Burggrauiatu' auchi fuerunt, iam iam hereditario iure in successores transeunte. Simplex officium iudiciale, quod Aduersarii Norimbergenses crepat, omne hereditarium ius excludit nec a Germanis illis, vt erant tempora, muliebri sexui tali modo concedebatur, qualis Burggrauiatus a Ludouico Imperii vicario 1267. quid quod

a Rudolpho ipso in spem futurae successionis, qua feudum Imperii, Mariae Friderici Burggrauii filiae atque Ludouici comitis de Oettingen vxori caeterisque eiusdem Burggrauii filiabus, delatus fuit. Sequitur itaque, Burggrauiatum maius aliquid illo aeuo denotasse, de quo nobis sermo est. Praefectorum enim denominationem nullum huic sententiae scrupulum iniicere, iam supra ostentum est. Quin et Comitum elogio Burggrauii in laudatis diplomatis insigniuntur. Burggrauiatus ergo (pro illo tempore consideratus) minimum fuit Comitus, Baronia vel Dominium cum principali potestate Connexum. Olim vero, auctore Senkenbergio, seleet. Iuris et Hist. p. 373. non tanta distinctio inter comites et principes atque hodie erat. Immo gradu tantum differebant, non dignitate. Nec minus sententia, quae modo, de imperiali i. e. principali Burggrauiatu, attulimus, cum illis optime cohaeret, quae supra §. VL de superioritate territoriali Comitum praestrixiimus. Quum enim iam sub Conrado II. territorium atque territorialis potestas comitibus inesse, quid est, cur territorium atque cum illo coniunctam territorialem potestatem Burggrauis nostris denegemus, qui non multum post comitum nomen tulerunt. Ne vero sententia nostra dubio inuoluatur ex distinctione inter bona Burggrauiorum patrimonialia atque ipsum Burggrauiatum, ad ea prouocamus, quae superius ea de materia praemisimus. Sed quorsum haec omnia? Eo spectant, ut quisque, praecoccupata mente non abreptus, intelligat, longe ante Rudolph. Inuest. de a. 1273. principalem fulsisse Burggrauiorum Norimb. dignitatem eorumque territorium. Adfuit Burgus ante conditam urbem. Nullus hac de veritate amplius dubitabit, qui testimonia, ex scriptoribus Bertholdio Constantiensi atque Ottone Frisingensi pridem laudata, rite perpendere velit. Ille, Henrici mentionem faciens, „Henricus vero, inquit, „cum paucis Ratisbonnam deuenit et ibidem totam aestatem „et circa castrum Nuremberg satis priuata moratur, hic vero

K 2

diſce.

disceptationes, quas Lotharius Imp. cum ducibus Sueviae habuit, innuens: „Lotharius, ait, consilio Alberti Moguntini Episcopi Fridericum ducem fratremque suum Conradum persequitur. Cuius rei gratia *Castrum noricum* ubi ipsi praefidia posuerant et tanquam iure hereditario possidebant. &c., Omnes laudati scriptores, quibus fides est habenda, tantum de Castro loquuntur Norico, de Civitate vero nec vola nec vestigium apud illos deprehenditur. Viguit etiam Burggrauiorum principalis dignitas antequam vrbs, a nexus municipali liberata, in numerum ciuitatum immediatarum esset adscripta. Docuimus §. Diff. V. p. 14. vrbis Norimbergensis immediatatem in Interregni periodum, in primis post infelicem Conradini illius interitum, esse collocandam. Licet non negauerim, et hanc rerum conuersacionem Burggrauii ad augendam potestatem proficiam fuisse, secundum ea tamen, quae modo diximus, Burggrauiorum Imperatoriorum ortus longe altius reuera est repetendus. Prono itaque alueo exinde fluit, Norimbergam vrbum in Burggrauiatu esse ortam, nec inuerso ordine Burggrauiatum in vrbe Norimberga.

## §. XV.

*Cel. Antagonistae de Castro Imperiali Norico sententia refutatur*

a) ex voto atque relatione Cameralt.

Absoluta hac qualicunque pertractione, de origine atque incrementis Burggrauiatu Norici, restat, ut et ea discutiāt, quae auctor aduersarius de Castro Norico, in Diplomate Rudolphino obuio, in medium attulit. Distinguunt nimurum §. 22. et 23. arcem Imperialem ab illa Burggrauiorum atque, de fronte ahenea nec non de ementitiis figuramentis verba faciens, nimis acerbe in quosdam scriptores Brandenburgicos inuehit ac contendit: Burggrauios, peculiari seruiente seu famulante Castro residentes, Castrorum Noricorum Imperialis numquam fuisse participes factos. Diu mecum

mecum agens, numne ordinem, quo auctor aduersarius  
vtitur, seruem atque demum subsequenti Dissertationis sectio-  
ne tertia, de explicatione Diplomatis Rudolphini ex insti-  
tuto occupatus auctori opponenda opponam, malui tamen  
hoc, tamquam commodiori loco, ea inserere, quae me alia  
via incedere iubent. Quod nisi fecissem, viderer per-  
rasse, quidquid in buccam venerit, atque, nulla argumen-  
torum aduersantium habita ratione, de origine Caffri No-  
rici scribens, partium studio fuisse deditus. Potiora igitur  
momenta hoc loco sunt praestruenda, quae dubiorum ab  
auctore motorum vim imminuere possint. Quod primum  
est, iterum processus ille territorialis argumenta suppeditat  
contraria, satis ponderosa. Iam durante illo processu,  
Norici, pro aris et focis certantes, omnes intenderunt in-  
genii neruos, ut probarent, arcem imperiale sibi solis  
cum omnibus Imperii iuribus fuisse concessam. Arci Imper-  
iali, qua Praefides imperiales s. *Landvögte* olim, nomine  
Imperatorum, collocatos fuisse perhibent, omnem iuris-  
dictionem, omne imperium in subiectum territorium, *Reichsboden*  
ab illis nuncupatum tribuebant; de Arce Burggraui-  
li vero statuerunt, illam imperialis famulam fuisse. At enim  
vero, quam infasto successu haec omnia a Noricis fue-  
rint excogitata, quilibet ex supra laudata Reuiforum rela-  
tione perspicere potest. Quum, teste S. R. OETTERO in  
historia B. N. T. I. p. 49, subinde laudata relatio perrara  
ideoque non vnicuique eruditorum cognita sit, non possum  
non, quin ex ea succincte repeatam, quo modo iam olim  
Norici occupati fuerint, arcis imperialis naturam eo fine  
extollere, ut Burggrauiorum magis magisque deprimenter.  
Argumenta, quibus id egerunt, quaeque decies immo-  
centes in primis a ROEDERO, WAGENSEILIO, aliisque recocta  
apposuerunt atque adhuc apponunt, tam eximie a Reuifor-  
ibus sunt refutata, ut succinctus conspectus, quem nunc  
ex relatione ipsorum exhibeo, merito excusationem merea-  
tur.

tur 90). Producerunt nimirum Norici, ad intentionem ipsorum probandam, diploma Henr. VII. Imp. de anno 1313, quod adiectis annotationibus, in WOELKERI Hist. Norimb. diplom. p. 228. legimus. Ast diploma cit. illud ipsum non probat, quod Norici exinde probare student, ac si quidquam ipsis donatum, vel concessum vel commissum fuisset. Ne sermo quidem ad ipsos dirigitur. Quum enim Imp. Henricus Burggraui suo cum Castellanis in castro Norimbergensi pro parte imperii commoranti aliquid iniungit, quod ad publicam ciuitum Noricorum securitatem utilitatemque pertinebat, satis aperte edocemur, nihil aliud, quam defensionem et tuitionem urbis, Burggraui ab Imperatore fuisse commissum. Clausula quidem laudato diplomati inept, quae Castro imperialis alienationem, seu separationem ab urbe vetat, quaeque innuere videtur, territorium cum arce imperiali in Noricos fuisse translatum. At enim vero, si accurata mentis trutina examinemus, quae sunt examinanda, nihil hacce sub clausula latet, quod Burggraui eorumque territorio, Castro annexo, praeiudicium possit afferre. Clausula modo prolat a eo tantum tendit, ne arx imperialis ad alios dominos transiret sive Noricorum libertati atque securitati non praeiudicaretur. Quod catere iubentur Burggraui et Castellani Noricis, non plus tribuit illis, quam quod etiam alias passim omnes principes et terrarum domini subditis suis iurare et cauere solent de securitate et defensione ipsorum. Territorii vero alicuius translationis ex hoc documento nullo modo inferri potest.

Exami-

90) Rebrum operis plus simplificata vice euocati ita conceptum est:  
Relatio s. votum in causa reuisionis a Ciu. Norimb. contra Ser. dominum Brand. super iurisdiction territoriali et hochfräischliche Obrig. krit. post sententiam possessorii prodicta Ser. domo in Camera Imperiali latam, intentatae anno 1731. Fol. Epitome, quam dedimus, in contextu operis a pag. 44 - 62. legitur.

Examinando enim circumstantias, Burggrauius tum erat Conradus, qui extra urbem satis latum territorium habebat, ut colligere licet ex donatione eiusdem de anno 1314. ecclesiae Bambergensi facta, in qua mentio fit variorum pagorum eiusdem ultra et intra aquas. Vnde siue de summa imperatoris superioritate loquamur, siue de territorio, dominio vel iurisdictione, quam inferioribus imperator concedere solet, vtrumque penes Burggrauium erat. Nullus enim tum praeses siue *Landvogt* alias fuit, quam ipse Burggrauius. Clarius haec intelliguntur ex subsequenti documento de anno 1347, quod duo continet. Primo, remissionem operarum seruilium, quae nihil facit ad praetenam concessionem territorii. Secundo, *dass die Burg mit dem mittleren Thurm nicht gesondert werden solle von der Stadt*, ex quo nulla concessio territorii, imo ne quidem castris inferri potest. In documento de An. 1400. expressius patet intellectus superiorum documentorum. Tribuit illud Noricis non nudam castri detentionem, sed tantum arcis custodiad in absentia imperatorum. Territorii vero extra urbem diversissima ratio erat, vt quod feudi iure Burggrauii tenebant, *mit Landgericht, Glaht, Zoll, Wildbann*. Et formaliter quidem, quod extra urbem *im Nürnbergischen Kreis* (quem immediate iuris Imperiorum fuisse contendunt Norici) nullum meri imperii ius saltum tum habuerint, quam quod ex territorio Burggrauiatus particulariter acquirebant, patet ex venditione des Heroldsbergs, decennium ante hoc facta Geuderis, itemque ex controversa superioritate in *Gostenhof*, post 50 deum annos tandem vtrimeque transacta, arbitratore Ludouico Palatino, iunctis semper clausulis reseruatoriis vtriusque venditionis. In documento de an. 1422 Imperator Sigismundus Noricis permittit reparationem arcis, sed praeterea nihil. Vrgent quidem Norici ad iura Imperii docenda, die *Kaiserliche Residenz zu Nürnberg* produxeruntque ad id probandum documentum de an. 1366; sed nihil magis evertit intentionem ipsorum. Ex illo enim apertissime constat, vt cunque

eunque Imperatores refederint Norimbergae, territorium tam  
 men extra urbem non immediate Caesaris, sed Burggrauiorum  
 fuisse, eo plane modo et iure, vt remotiora loca alio-  
 rum principum et dominorum tum erant. Ostendunt id illa  
 verba, *Zoll und Glaet, die mir hierumb in diesem Land jeman-  
 d gegeben, et mox specificantur Zoll und Glaet*, quae idem Im-  
 perator concessit Burggrauiio Friderico et aliis in ibren Herr-  
 schaften und Gebieten zu bestellen etc. non iure singulari,  
 sed vt omnibus aliis principibus geistlich und weltlich, *Grafen und  
 Freyherren*, hoc est, iure ordinario in proprio tcritorio.  
 Sed quid multis opus, cum de non iure Noricorum ex eo constet,  
 quod cum arce imperiali et *Landvogthei* nunquam inuestiti  
 fuerint, quemadmodum ad veram incorporationem et per-  
 petuationem iuris requiritur, prout de Castro Burggrauiorum,  
 et pagis, item syluis et officio sculteti, quatenus a  
 Burggrauiis vendita possident, inuestiuntur. Haerent igitur  
 in limine probationum suarum, arcii scilicet iurisdictionem  
 tanquam pertinens, vel aliud quidpiam annexum fuisse, et  
 quatenus fuerit illud omne ciuitati vnitum et incorpora-  
 tum. Pertinentiarum enim huiusmodi, iurisdictionis, pago-  
 rum, syluarum, *Zoll und Glaets* nulla vsquam mentio.  
 Quin magis magisque patet, *Landvogthei* hic non territo-  
 rium certum, prout alias in principibus et proceribus Imperii  
 consideramus, sed extraordinariam aliquam specialiter  
 a Caesare concessam potestatem, ordinariam statuum iuris-  
 dictionem nullo modo infringentem, designare, saluis nim-  
 rum atque integris territoris et iuribus principum, alio-  
 rumque statuum, vti in his terris sunt, Burggrauiatus  
 et vicini tum temporis comitatus. Multo minus probatur,  
 quod propter dominium Imperii et omnimodam iurisdictionem  
 districtus inter aquas appellatus fuerit *Reichsboden*,  
 qui postea factus sit der Stadt *Grund und Boden*. Vt cunque  
 igitur districtus ille nominetur *Reichsboden*, et quaecunque  
 iura alii in eodem habuerint, Burggrauii tamen ibi habue-  
 runt iure imperialis feudi, *Landgericht, geistlich und weltlich  
 Leben*,

*Leben, Zoll, Glait*, vt constat ex inuestituras imperialibus, et clausulis reseruatoriis vtriusque venditionis de an. 1427. Et a Bauaris in inferiori parte dicti districtus pro vicinis habiti sunt quoad *Herrlichkeit et Halsgericht*, vt docent attestationes de an. 1468. im *Altdorfischen Saalbuch*. Sequitur itaque per hunc *Reichshoden* nihil derogari iuribus Burggrauatus. „Concludo, (haec sunt ipsissima Reuiforis verba), titulum hunc vniuersalium iurium Imperii in hoc districtu, in Noricos cum arce, vti practendunt, translatorum, probatum non esse.“<sup>39</sup>

## §. XVI.

*Eadem cel. Antagonistae sententia b) aliis rationibus dilucidatur.*

Nunc ad auctorem aduersarium ipsum redeo. Omnia recte se habent, quae ille, praeunte ROEDERO l. c. p. 8. de diuersa Burggrauiorum arce ab Imperiali prodit. Tria, aut si mauis, quatuor castra Norimbergae conspiciebantur cf. WAGENSEIL l. c. p. 356. et WÖLKERI sing. Norimb. p. 220. Primum, castrum Imperiale, quod adhuc stat atque portae, *Vestner Thor* dictae, contiguum est. Alterum illud, quod Domini de Hasenburg, ex Imperatorum indulgentia, possederunt; tertium in aditu arcis imperatoriae aedificatum, dominis de Brauneck concessum; quartum denique Burggrauiale, siquidem honoratori castri titulo illud insignire velimus. Rectius sane Burggrauiorum curia (*der Burggrafenhof, das Schloßlein*) nominabatur, atque, finibus ciuitatis prolatis, vna cum domo Burggrauiorum forestali (*Jagdhaus*) intra vrbis muros includebatur. His praestructis, quaestiones nunc sunt diiudicandae:

- A) Quoniam in castro Burggrauii habitauerint?
- B) De quo in diplomate Rudolphino inuestiti fuerint?
- C) Quodque ciuitati Norimbergensi a. 1427. vendiderint?

L

Nec

Nec castrum dominorum de Hasenburg, nec Brauneckianorum dominorum, in hunc censum veniunt. Illud enim atque iura cum eo cohaerentia, Norimbergenses, iusta emtione, anno 1432. suum fecerunt. Hoc vero, cum anno 1390. familia dominorum de Brauneck defecisset, vna cum feudis aliis, quae ad Imperium reuersa erant, Wenzeslaus Imp. Iohanni Burggrau. Norimb. eiusque heredibus masculis, largitus est. Omnes itaque, quotquot mibi innotuere Norimbergensium scriptores, quaestionibus hisce subortis, easdem ut soluerent, ad minus illud castrum configere, idque alteri subsistit prorsus non dubitarunt. At contra omnem documentorum fidem Burggrauiorum Castello, seu potius Curiae tribuunt, quod melius fuisset arci tribuere Imperiali. Quod enim ad primam quaestionem attinet, diplomata, quo anno 1267. Friedericus Burggrauius Abbatii et Conuentui monasterii St. Egidii capellam St. Ottmari contulit, satis aperte declarat, castrum Nurenberg, in quo laudata capella exfructa erat, fuisse Burggrauiorum residentiam. Diplomatica verba in IVNGII Comicia p. 137. 10. AB INDAGINE I. c. p. 309. nec non in WÖLKERI Hist. dipl. atque OETTERI Hist. B. N. T. II. p. 215. obvia, sic sonant: „Capellam „Sancti Ottmari in Castro Nuremberch in nostra residentia sitam, „eo iure, sicut ab antecessoribus nostris ad nos est delata rel.“ At Othmari capellam anno 1267. in Castro Imperiali fuisse sitam, extra omnem dubitationis aleam positum est, idemque in diplomatica expressis verbis indicatur; quidquid etiam ROEDERV. I. c. p. 10. atque WOELKERVS Sing. Norimb. p. 217. suauiter hac de re somnient. Vterque enim statuit, facillum extra Castrum imperiale fuisse positum. At ROEDERRI verba, de donatione Friderici II. anno 1215 domui Teutonicæ facta, ab obscuritate macula non sunt aliena, illa vero de vulgari residentiae notione, reuera vitium petitionis principii olenit. Quid multa? S. R. OETTERVS peculiari Spho solita diligentia atque eruditio copia omnia collegit, quae diplomaticis cit. interpretationi inferuere possint;

sint; licet non omnia istius, de unico tantum in colle Norico extante Castello, mea facerem. Quae cum ita sint, et secundae quaestioni solutionem in promptu habemus. Diplomatici Rudolphini verba: „*Castrum quod tenet ibidem*“ sene Burggrauii residentiam innuunt, quum ex iis, quae modo dicta sunt, pateat, Burggrauios nullam aliam praeter Castrum imperiale residentiam praesertim feudalem habuisse. Nouiter itaque Fridericus de illo inuestitur. Norici contra in alia omnia abeunt, tantum abeunt, ut huic diplomatici interpretationi assensum praebent. In primis auctor, Roedrianae sententiae album adiiciens calculum, totus est in eo, vt probet, Castrum imperiale in Rudolphina Inuestitura minime fuisse comprehensum. Iis quae ad hancce sententiam defendendam, §. 23. ex KNICHENIO atque HERINGIO profert, quod castrum de iure communi non censeatur territorium habuisse adjunctum, sed potius ambitu murorum contineatur, in casu substrato, argumenta obstant, quae modo hunc in finem ex Voto et Relatione adstruximus. Quae si nondum sufficient, alia addere placet, a b. IVNGTO in Comic. Burg. e FREHERO de orig. Palat. P. I. p. 99. deprompta, vbi et Elektoratus, Palatinus quippe et Saxonius, sub vocabulo *Castri* in feudum dantur. Quis vero inquam auctor fuit, hanc ob causam iurium territorialium vniuersalitatem, Electoribus Saxoniciis aeque ac Palatinis competentem, in dubium vocare? Ast noui animi dubitatio auctori exinde oritur, quod diploma Rudolphinum, castri mentionem faciens, iura, castro annexa, silentio transeat, ita ut castri adpertinentiarum seu attinentiarum, dominiorum, omnimoda iurisdictionis etc. in diplomate nec vola sit neque vestigium. Concludit itaque, nihil eiusmodi iuris fuisse castro, quo Fridericus Burggrauius a Rudolpho inuestitus sit. Dicamus, quod res est quodque diplomatica, e FREHERO modo citata nec non ab auctore cumulate p. 202. allata, probant, infestationes Castrorum plerumque etiam ea singulatim recensere, quae, in praefenti et ab antiquo, ad ipsum

L 2

Castrum

Castrum pertinebant. Quid inde? De prima Castrorum infeudatione valet, quod auctōr anxi admodum corrasit. Este  
ne vero sinceri rerum censoris, in litteris feudalibus con-  
firmatoriis id quaerere, quod prima tantum scriptura exigit  
atque, obtorto quasi collo, ad iteratas litteras feudales tra-  
here, quod regionis mores consuetudinesque primis tantum  
inseri volunt? — Abfit! — Diploma Rudolphinum non  
erat prima castri infeudatio. Erat, prout supra docimus  
investiturae renouatio priorumque investiturarum confirma-  
tio. In litteris vero, ad renouationem feudi spectantibus,  
simpliciter enumerantur, quae antea singulatim recensere  
opus erat. Quod si res aliter se haberet, cur, quaeque,  
idem diploma Rudolphī castri *Chrisen* oppidique *Swant* men-  
tionem facit, nulla pertinentiarum habita ratione? Numne  
forsitan nullae pertinentiae cum locis memoratis fuerunt con-  
iunctae? Minime gentium! Diploma, quo Conradus rex  
anno 1257. Friderico III. castrum *Creusen* in feudum con-  
tulit, expressis verbis eiusdem Castri pertinentias recenseret,  
et in Investiturae litteris, a Ludouico Imperio Vicario su-  
per Burggraviatu 1267. concessis, pertinentiae Oppidi *Swant*  
diserte exprimuntur. Aderant ergo praedictorum locorum  
pertinentiae, licet illae in Rudolphino diplome non sint  
obviae. Animus erat, coronidis loco ad E. V. Instrumentum  
prouocare atque ex pertinentiis, castro imperiali ibi  
assignatis, theseos nostrae illustrationem petere. Ne vero  
praepostere agamus atque statim ad ea prouocemus, quae  
infra demum sint probanda, hactenus dicta, ad Castrum  
Noricum applicata, sufficient ad remouendam difficultatem  
alteram, ab auctōre interpretationi allatae submotam. Su-  
perest, ut priorem examinemus, quae maiorem prae se  
fert veritatis speciem, quaeque non secus ac posterior eo  
tendit, ut probetur, castrum imperiale Burggrauis nun-  
quam fuisse concessum, nec in Rudolphina Investiture compre-  
hensum. Confugit auctōr, quasi ad sacram ancoram, ad  
decisionem illam iudicialem, qua lis, quae omnium prima,

1362.

1362. inter Burggrauium Fridericum V. et Ciuitatem Norimbergensem intercedebat, coram Commissione Caesareâ seu, si maius, iudicio principum, dirimebatur quaque, secundum auctoris sententiam, ius, animo Burggraui in Castrum Imperiale presumtum, in iudicio exclusum est. Quod si sententia, ab Eleâtore Moguntino caeterisque principibus delegatis, lata, ita se haberet, prouti auctor illam interpretatus est, tunc, ab auctore victi, arma ponere coacti essemus. At enim vero, quo diutius totam controuersiae illius historiam animo nobiscum voluntamus, eo magis de alio atque plane diverso caussae euentu, conuincimur. Opus est, ut cuncta, vt sunt aâta, ordine lectori exponamus atque decisionem ipsam in b. IVNGRI Comic. Burg. p. 173. nec non in WOELKERI Hist. D. N. p. 407. obuiam, quoad singula membra, quae hue spectant, cum momentis suis ponderemus. Vellem quidem, vt res vel tribus verbis possit expediri. Ast non potest. Quam ob causam lector copiosam rei expositionem non reprehendat velim. Rerum ordo sic se habet: Anno C. 1362, Fridericus Burggrauius apud Carolum IV. Imp. ciuibus Noricis actionem intendit. Ciues in ius vocati sunt, vt coram Imperatore, Eleâtoribus nec non aliis principibus, Norimbergae tum praefentibus, cauam dicerent. Priusquam ciues comparerent, nominatos (*Genandten*) in consilium adhibuerunt, quos inter conuenit, vt tota causa Senatui atque Scabinis permitteretur. Imperator, arcto affinitatis vinculo cum Burggraui coniunctus, quo studii partium suspicionem in iure dicundo euitaret, iudices delegauit, Gerlacum, Archiepisc. Mogunt., Rupertos, Seniorem aequae ac luniores Bauariae ducem Comitesque Palatinos, Rudolphum, Saxoniae ducem, caeterosque principes, quos omnes recensere nimis longum foret. Coram tali iudicio, ab Imperatore constituto, Fridericus Burggrauius ad dicendum surrexit actionemque contra Ciues Norimbergenses exorsus est. Singula actionis capita in Instrumento, super ea confecto, sunt enarrata atque exceptiones, a

Norimbergensibus reis, Burggrauio actori, oppositae, singulis sunt adiunctae. Et litteras feudales, quos ALBERTVS I. Imperator anno 1300. in Renouatione Inuestitutae Burggrauio Friderico IV. dedit, quasque in hac lите filius eius, ad intentionem suam probandam, produxit, Instrumento laudato insertas habemus. Nimirum temerarie auctor aduersarius de Burggrauii intentione affirmat, eam fuisse male fundamat atque veritate destitutam. Cui volupe est totius controvrsiae seriem nexumque perspicere, is statim sibi persuadebit, id potius de Norimbergensium exceptionibus valere, quod auctor adu. de Burggrauii actione enunciare non dubitauit. En quintum disceptationis articulum: „Item er, (der Burggrav) klagt auch, daß eine jedliche Schmitten in der Stat geben soll, der Herrschaft alle Jar zwölf Pfennig und jetzliche Hoffstat in St. Lorenzen Pfarr ein Schnitter. Des antworten die Bürger also, daß sie nicht gehört, daß einich Schnitten in St. Sebalds Pfarr je ichts geben hett, vnd bet auch inn Laurenzen Pfarr keinen Schnitter gehabt, wol hetten sie gehört, daß in St. Laurenzen Pfarr, je die Hoffrait alle Jar zwen Heller geben hett, vnd in derſelben Pfarr jede kleine Schmitte vier Heller, vnd eine große Schmitte einen Schilling Haller.“ Contenderunt itaque Norici, non esse Burggrauii, a fabricis, in parochia Sebaldina sitis, annuatim exigere solidum. Quo vero iure quae potius iniuria, laudati Diplomatici verba indicant, quae et Rudolphinis Diplomatibus de anno 1273. et 1281. insunt quaque aperte declarant, Burggrauio ius competere ab unaquaque fabrica in Nurnberg annum tollendi censem. *Di-  
ctioque Burggrauio, inquit Diploma, quaeque fabrica in Nurnberg solvet unum solidum annuatim.* Idem valet de meſſiore, quem Ciues ex parochia Laurentiana Burggrauio denegarunt. Diploma pp), quod Burggrauius produxit, nec non anti-

pp) Est varietas lectionis in Diplomate. Alii de quolibet tempore

antiquiora Rudolphina Diplomata, indistincte loquuntur: *de qualibet (sc. area) tempore messis unum meforem.* Quae itaque obseruantia, qui iustus praescriptionis titulus Noricis, contra clarum Documentorum sensum, inferuire poterat? Ast nolumus singula disceptationis membra, eodem acribiae studio, perscrutari. Exitus causae optime, ni fallor, declarauit, quo pondere fuerint istae de tertia fera, de tertia arbore etc. Norimbergensium exceptiones. Quilibet, praecoccupata mente non abreptus, ex laudato Instrumento de earum insufficientia sufficienter se conuincere potest. Pergamus itaque in enarranda litis historia atque ex ista lectorem informabimus, quo modo de Castro Imperiali inter Burggrauia atque Ciuitatem fuerit disceptatum. Post praelectum nempe atque a Noricis Reis agnitum Albertinum Documentum, Norici, sibi ipsis prospicientes, a iudicibus petierunt, ne forestale officium, Burggrauio in Diplomate concessum, vltra limites Parochiae Sebaldinae, in Ecclesiam Laurentianam extenderetur. Quibus peractis Castrum ipsum Imperiale in controuersiam venit. Verba, quae hoc spectant, sic se habent: „Item auch klagt der Burggrave unter andern Klagen, Er were des Reichs Burggraf, vnd heisse davon ein Burggraf von Nürnberg, das er des Reichs Burg ob Nürnberg solt einnehmen, wann ein Kaiser abgieng, vnd solt der pflegen, vnd auch inne haben, bis an ein künftiges Reich. Das verantworteten die Burger also: die Burg vnd die Stat zu Nürnberg gehört zu einander, vnd waren des Reichs, vnd hett auch die Stat das alfo herbracht von Alter, vnd hett auch des gut Vrkund, also wer des Reichs Pfleger wer auf der Burg, der solt den Bürgern solch Sicherheit thun, wann ein Reich abgieng, das der Pfleger die Burg einantworten solt, den Bürgern, vnd die solten sie dann inn halten, bis an ein künftiges Reich, und sie weissen auch desselben der

pore legunt, alii *de qualibet tempore* legunt, *alii de qualibet tempore*, quae posterior lectio mihi cum auctore magis placet. Ra-

tionem forte reddam in operis continuatione.

der Stat Vrkunth, von Kaiser und Königen, von Kaiser Heinrich, Kaiser Ludwig, und von Kaiser Carl, und do hett der Burggrafe keinen Brief über dieselben Bürg. „ Non opus est ut hisce Diplomatibus, a Norimbergensibus Reis excitatis, adhuc immoremur. Quae supra ex voto et relatione a nobis sunt excerpta, abunde docent, quo modo sint intelligenda. Sane admodum peruerse tunc temporis a Noricis laudabantur. Nihil in iis inest quod Burggrauis possit praejudicium afferre, et assertum temerarium, nullum Burggrauiorum de Castro Imperiali umquam fuisse inuestitum, secundum ea, quae supra hac de re probauimus, viteriori refutatione amplius non eget. Norici, item semper generaliter negatiue contestantes, alia omnia in Burggrauii injuriam dicere potuissent! Ast Burggrauins per Diploma probavit, quae probanda erant, hancque ob cauillam punctum eiusmodi ireleuans in sententia, a iudicibus lata, plane fuit omissum. Sed haec obiter! sequuntur actorum verba, quibus sibi mirifice placet auctor adu. quibusque contendere mititur, Burggrauum caussa cecidisse. „Vnd also theilten die obgenannten Fürsten alle, das die Briefe, die die Stat hette, Kraft solten haben, und das sie auch darbey bleiben solten.“ Admodum callide aduersarius auctor laudata verba pro ipsa definitiua iudicium sententia posuit atque iactauit. Ast sententia iudicium definitiua per illa ipsa non fuit pronuntiata. Viam sibi pararunt iudices ad sententiam ipsam ferendam idque innuere voluerunt, quod litterae a ciuitate productae, qualiscunque certroquin vis illis insit atque efficacia, nihil faciant ad rem ipsam immutandam. Quem verborum sensum sequentia actionum verba tam aperte ob oculos ponunt, vt nil sit supra. Darnach, sic statim post in ipsis actis legitur, machten die Churfürsten zwey Brief, und gaben der einen dem Burggraven, und den andern der Stat, der stund je einer als der ander, von Wort zu Worten gleich also: Wir von Gottes Gnaden Gerlaß et rel. In tota sententia de Castro Imperiali altum est silentium. Immotum absuit ut Norimbergensibus consilium, de Castro Imperiali

periali susceptum, ex voto flueret, vt potius post publica tam sententiam conquererentur, ea, quae ipsi de Castro Imperiali moliti fuerant, in sententia ipsa fuisse omissa. En verba ipsa: „*Vnd da man nun die Brief verhörte, da lautnereten (i. q. lautmurreten) mussitabant seu, vt alii placet, iusteren appellabant) die Burger gegen den Churfürsten und anderr Fürsten, das der vorgenandt Articul von der Burg, in den Priesen nicht geschrieben stunde. Das sprachen die Churfürsten, der Kaiser wolt nit bengen, (i. e. verbengen concudere, effari) das man das den Burgern verschrrieb, sie sollten sich lassen genügen, an den guten Briefen, die sie darüber hetten,*“ i. e. litterae a vobis exhibitatæ iuræ tribuunt, quibus iudices nolunt derogari; ast nesas forot, vltierius progreedi idque ex illis euincere, quod Burggrauiorum iura in Castrum Imperiale sint euersa penitusque sublata. Quae cum ita sint, spero atque confido, eam recte se habere, quam modo ad auctoris dubitationes dedi responcionem. Firmatur explicatio, a nobis explana-ta, ex tota disceptationis historia de anno 1362. atque eximiens verborum interpretationi robur additur, ex confirmatione Caroli IV. quae sententiam, ab iudicio Principium latam, secuta est illamque ratam habet. Exstat in B. IVNGRI Comicia T. II. p. 183. Valeant ergo aduersariorum obiectiones, quae nimis astute, contra iustas interpretandi regulas, loco motata atque bonae Burggrauiorum caussæ oppositæ sunt. Firma maneant atque inconcusa, quae supra praefiximus. Fuit Castrum Imperiale Burggrauiorum residentia; licet non negauerim, partem huius Castri, ab Imperatoribus, si quidem Norimbergæ fuerint, inhabitatam, in sensu specialissimo Imperiale Castrum fuisse nominatum. Fuit Castrum Imperiale in Rudolphina inuestitura comprehensum atque nulla calumnia Burggrauis iura territorialia eripere poterat, quae cum dicto Castro coniuncta erant. Quod vero intuitu Castri Imperialis variis artificiis propere succedere non poterat, successit tandem anno 1427. intercedente iusto Emptionis titulo, quo Burg-

M

grauius



grauius Fridericus VI. cum consensu eorum, quorum inter-  
erat, Imperiali Castro se abdicauit, idque in Norimber-  
gensem manus tradidit. At enim vero quum et in hoc  
habeamus auctorem Norimbergensem dissentientem, reli-  
quum est, ut tertiam supra excitatam quaestione: *quod-*  
*nam Castrum Ciuitali Norimbergensi anno 1427. fuerit venditum?*  
eruamus. Auctor, regulis artis architectonicae adhibitis,  
rem ita exposuit, vt, praeeunte Roedero l. c. p. 10. con-  
tendat, dominum de Leiningen, praefectum urbis Laufen-  
fis Palatinum, Burggrauorum Castrum combusuisse, Burg-  
grauios vero bustum, cuius postea in locum 1494. grana-  
rium sicut exstructum, cum turribus, muri aedificiisque et  
areis anno 1427. Ciuitali Norimbergensi accepto pretio tra-  
didisse. Ingenue quidem fateor, mihi curtam esse suppelle-  
tilem in rebus ad Architecturam spectantibus. Interim  
satis superque perspectam habeo, aedificia, vetustate tem-  
poris collapsa, refici posse atque post refactionem aliam  
induere formam. Quis sibi nunc persuadeat, Castrum Im-  
periale omni renouatione atque restauracione potuisse care-  
re? Ast quoque post refactionem idem aedificium manebat  
atque secundum vulgarem loquendi usum (vt a Meta-  
physicorum rigore in praesenti abstineamus) antiquum Ca-  
stri Imperialis nomen retinebat. Quam ob causam super-  
vacaneum fore duco, ex Architectura, tamquam lubrica-  
lia de re diiudicandi norma, praefidia quaerere. Malo hi-  
storiā ipsam, quae potiora huius rei documenta suppeditat  
nosque rectius instruit, in subsidium vocare. Ex veter-  
um temporum annalibus sumus edocti, Christophorum a  
Leiningen, qui Palatini Principis iussu, Laufae oppido praear-  
erat, ex concepto erga Fridericum Burggrauium et Branden-  
burgicum Electorem odio 1420. Castrum illius exussisse.  
Anno 1427. quo Emtonis Venditionis iure Norimber-  
genses Castrī compotes redabantur, haecce Burggrauorum arx  
nondum fuit restaurata. Pretium, quod Norici Friderico  
Burggrauio numerarunt, erat pecunia 180000 florenorum  
Rhena-

Rhenanorum. Quis igitur credat Noricos tam ingentem, quid quod pro ratione illius temporis immensam pecuniam, pro mero busto, Burggrauio peperidisse? Deinde, quod caput rei est, ipsum Emotionis Venditionis Instrumentum, de Castro conseuum, aperte turriu, murorum, aedificiorum, arearum etc. mentionem facit. *Vnser Burg*, ob der Statt zu Nürnberg mit Thürnen, allen Gemäuren, Gebäuen und Hofraien, und mit irem Begriff, immwendig vnt ausswendig gegen der Statt Nürnberg, vna auch gegen Velde, die Freybung die auf derselben Burg ist, die Pflegnuss und Beschließung der Porten bei derselben Burge, die Bebauung und Hofrayt dabej genannt des von Braueck Bebauung, das Amt und Gericht auf derselben Burg et rel., Numne haec ad merum quadrant bulletum? Minime Gentium! Prono inde fluit alueo, quod auctoris sententiae palam repugnat, Castrum nimurum Imperiale cum iuribus quibusdam particularibus, in laudato E. V. Instrumento sigillatim expositis, Norimbergenibus venum datum fuisse. Quo vero modo iura Burggrauii territorialis, hacc in venditione, fuerint excepta, iam suprademonstrau. Sed satis eheu! fortasse nimium satis, circa castrum Imperiale, ab auctore Aduersario Burggrauis nostris speciosius quam verius ablatum, versatus sum. Vellem vt statim ad alia argumenta, quae ex Chartis Ludovici, Imperii Vicarii de anno 1267., Conradini de eodem anno atque ex aliis, aeuo Rudolphino recentioribus e. g. ex diplomate Caroli IV. de anno 1363. nec non ex tota rerum a Burggrauis ante annum 1273. gestarum serie, depromta sunt, progredi atque tali modo thesin, quam mihi defendendam sumsi, apagogice (vt cum Logicis loquar) stabiliare possem. At cancellos, Dissertationes praefrictos iam sumus transgressi. Pedem figamus eaque, quae adhuc de temporibus, Rudolphina Inuestitura antiquioribus, dicenda forent nec non ipsam Diplomatis Rudolphini enodationem vterioribus Dissertationis sectionibus reservemus, necesse est.

MANTISSA DOCUMENTORVM.

**C**onradus Dei gratia Romanorum in Regem Electus semper Augustus Ierusalem et Siciliae Rex tenore presencium notum esse volumus universis, quod nos supplicationibus Friderici Burggrauii de Nurnberg ejusque vxoris charissime neptis nostrae favorabiliter inclinati, tam ipsis, quam suis pueris procreatis ab eis, vel etiam procreandis; castrum Crusen cum omnibus suis pertinenciis in rectum feodum duximus cedendum. Ad cuius rei memoriam presens scriptum sigilli munimine duximus roborandum. Datum apud Munchen, Anno Dominice incarnationis 1251. Mense Octobri, decima indictione.

**B.**

In Nomine Domini Amen. Ludewicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie. Cum vacante Imperio Rom, omnes feudorum collaciones sive ordinaciones jure dignitatis officii nostri, quod ab Imperio tenemus, ad nos pertineant in differenter. Nos attendentes fidem et devocationem, nec non servicia, que Nobilis vir Fridericus Burggravius de Nurenberch Romano Imperio impendit haec tenus et adhuc impendere potest. Si sine herede masculo deceperit ad instanciam

flanciam precum suarum, Dominam Mariam filiam suam,  
 coniugem Nobilis viri Ludevicj Com. de Otingen Junioris et  
 heredes, qui ab ea fuerint procreati, tam Burggraviatu,  
 quam omnibus aliis feodis, que dictus Fridericus Bvrgra-  
 vius ab imperio Rom. tenet, opido Svrante, dicto, cum  
 suis pertinentiis excepto, nomine Imperii infeodavimus et  
 esse volumus infeodatam. hujus rei testes sunt carissimus  
 Avunculus noster, Chunradus secundus, Jerusalem et Sy-  
 cilia Rex, Dux Swevie, Ludevicus senior Comes de  
 Otingen, hainricus Comes de Chastel, Dominus Vlricus de  
 Wartperch bermannus de bvrnbeim & h. filius ejusdem  
 Wolfrannus Aduocatus eius de Dornberch herdegenus de  
 grindelath et alii quam plures. Et ne super premissis  
 aliquod iii posterum possit dubium suboriri. Presentes lit-  
 teras conscribi fecimus et nostri Sigillj karafiere roborarj.  
 Actum et datum in chadolf burch Anno Domini Mo.  
 CCo. LXVIJ. Quarto die exeunte Majo. Indictione Decima.  
 Rudolfus atq[ue]llo e sacerdotio d[omi]ni mibi ero, eibost  
 amissus. Habet enim sacerdotio d[omi]ni mibi ero, eibost  
 amissus. C.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augu-  
 stus. Universis presentem paginam iuspecturis salutem et  
 credere subnotatis. Regalis preminentie requirit honestas,  
 ut singulos et universos devote nobis et fideliter famulan-  
 tes condignis debeamus premiorum retributionibus preve-  
 nire, vt spe remunerationis ceteri ad nostra et imperii  
 obsequia confidentius animentur. Notum igitur esse volu-  
 mus et presentibus publice protestamur, quod nos adver-  
 tentes devotionem et fidelitatem dilecti nobis Friderici,  
 Burggravi de Nvrenberch, vniuersa bona infra scripta;  
 videlicet Comiciam Buregravia in Nvrenberch, Castrum

O

quod



quod tenet ibidem, custodiam porte site prope idem Castrum, Iudicium prouinciale in Nurenberch, cui etiam vice Imperatoris omne iudicium judicans presidebit. Officialis eiusdem Buregravii una cum Sculteto nostro in Civitate Nurenberch iudicio presidebit. Et quicquid emolumenti de ipso iudicio vel per homicidium vel quemcumque casum alium provenerit, idem officialis duas partes ejusdem victus per se tollet, dictoque Buregraui queque fabrica in Norenberch solvet unum solidum annuatim, censumque tollet ab omnibus areis ab altera parte pontis, et de qualibet tempore messis unum messorem, tertiam feram, tertiam arborem de foresto, ac omnia ligna jacea in eodem. Officium de foresto ab ista parte pontis cum suis attinencieis, Villani Werde, Villam Buch, opidum Swant. Castrum Chrusen, Advocaciam cenobii in Steinia, decem libras denariorum de officio Sculteti in Nurenberch, et decem libras de theloneo ibidem, cum reliquis feodis, que idem et sui progenitores a nostris antecessoribus ante habuisse dinoseuntur, titulo feodali concessimus in feodum, non solum sibi, sed etiam ex liberalitate et gratia speciali Marie filie sue, vxori Lodwici iunioris, Com. de Otinga, et ceteris filiabus eiusdem Buregravij, sic tamen, si eandem Mariam liberos, sive masculini sive feminini sexus habere contingat, et decidere ipsum Buregravium sine liberis virilis sexus, quod eadem feoda remaneant apud Mariam et liberos suos, exclusis ceteris filiabus Buregravij memorati. Sed si ipsa Maria liberos non haberit, dicta feoda ad reliquas filias Buregravij ipso mortuo devolventur. Si vero dictum Buregravium temporis processu filium habere contigerit vel filios, voluntus,

Iunus, quod cessante gracia facta suis filialibus, filius;  
vel filii sui succedant in vniuersum Jus, quod dictus Bur-  
gravius pater eorundem habuit in feodis memoratis. Ad  
majorem itaque observanciam premissorum et roboris fir-  
mitatem scripta presencia nostri sigilli Karactere jussimus  
roborari. Datum Aquisgrani Anno Domini M. CC.

LXXIII. Kalend. Novembr. Indictione  
tercia.



卷之三

**ULB Halle**  
007 368 429


3



vD 78







# M. IOANNIS GEORGII ZENKER

D R

# PRINCIPALI BVRGGRAVIORVM

NORIMBERGENSIVM

# DIGNITATE

EORVMQVE

# TERRITORIO

## ANTE RVDOLPHINAM INVESTITVRAM

DE ANNO MCCLXXIII.

COMMENTATIO SECUNDA.



## ERLANGA E

AVP IOANNEM IACOBVM PALM. A.D. MDCCLXXXIV

